quae dici uoluistis a me, ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. **71** Sin ueterem illum Periclem aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenem sequi uultis, et si illam praeclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis, aut uobis haec Carneadia aut illa Aristotelia uis comprendenda est.

72 Namque, ut ante dixi, ueteres illi usque ad Socratem omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad uitam, quae ad uirtutem, quae ad rem publicam pertinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant; postea dissociati, ut exposui, a Socrate [diserti a doctis] et deinceps a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam, neque quicquam ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur; ex quo promisce haurirent, si manere in pristina communione uoluissent. **73** Sed ut pontifices ueteres propter sacrificiorum multitudinem tris uiros epulones esse uoluerunt, cum essent ipso a Numa ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent instituti, sic Socratici a se causarum actores et a communi philosophiae nomine separauerunt, cum ueteres dicendi et intellegendi mirificam societatem esse uoluissent.

70 oratorem *vulg.* : — re *VOP*.
71 hunc etiam — multitudinem est *habet* NON. *p.* 142 *M.*
72 Socratem *vulg.* : Isoc— *VOP* ‖ diserti (des— *VOP*) a doctis *secl. Mueller.*
73 Sed ut — uoluerunt *habet* NON. *p.* 142 *M.* ‖ tres uiros epulones *habet* PRISC. *K* II 121, 18 ‖ sacrificiorum *codd.* : sacrorum NON.

à une source commune, s'ils avaient voulu maintenir la communauté primitive. 73 Mais, de même que le grand nombre des sacrifices amena autrefois les pontifes à créer les trois épulons, bien que, selon l'institution de Numa, le banquet accompagnant les jeux (1) fît, lui aussi, partie de leur emploi, de même les disciples de Socrate ont rejeté de leurs rangs les avocats et leur ont enlevé le nom de philosophes qui était commun aux deux groupes, alors que, dans la conception des anciens, entre la pensée et la parole devait exister une alliance féconde.

XX 74 « Ceci bien entendu, deux mots pour vous supplier de me mettre hors de cause, et de croire que, parlant comme je vais le faire, ce n'est pas de moi que je parle, mais de l'orateur en général. Car si, dans mes jeunes années, mon père a veillé avec le plus grand zèle à mon instruction, et si j'ai apporté au forum les seules dispositions naturelles que je me connais et non toutes celles que vous me supposez peut-être, je dois avouer que cet ensemble de connaissances que j'ai en vue n'a pas été acquis par moi comme je dirai qu'elles doivent l'être. C'est que je me suis présenté, plus jeune que n'importe qui, pour plaider des causes politiques, et j'avais tout juste vingt et un ans lorsque j'appelais devant la justice un homme d'un très grand nom et d'une très grande éloquence (2). Je n'ai eu d'autre école que le forum, d'autres maîtres que l'expérience, nos lois, les institutions du peuple romain, les usages des ancêtres. 75 Malgré ma soif de ces connaissances dont je vous parle, j'y ai peu goûté ; c'était pendant ma questure en Asie, où je trouvai un rhéteur de l'école académique, qui était à peu près de mon âge, ce Métrodore, dont Antoine vous a cité (3)

(1) Il s'agit de l'*epulum Jovis*, repas public organisé au Capitole, le 13 novembre, à l'occasion des jeux plébéiens.
(2) C. Papirius Carbo, l'un des chefs du parti démocratique.
(3) Livre II, § 360.

XX. 74 Quae cum ita sint, paululum equidem de me deprecabor et petam a uobis ut ea, quae dicam, non de memet ipso sed de oratore dicere putetis. Ego enim sum is qui, cum summo studio patris in pueritia doctus essem et in forum ingeni tantum quantum ipse sentio, non tantum quantum [ipse] forsitan uobis uidear, detulissem, non possim dicere me haec, quae nunc complector, perinde ut dicam discenda esse, didicisse, quippe qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim annosque natus unum et uiginti nobilissimum hominem et eloquentissimum in iudicium uocarim ; cui disciplina fuerit forum, magister usus et leges et instituta populi Romani mosque maiorum. **75** Paululum sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustaui, quaestor in Asia quom essem, aequalem fere meum ex Academia rhetorem nactus Metrodorum illum, de cuius memoria commemorauit Antonius, et inde decedens Athenis, ubi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, ad quae biduo serius ueneram, suscensuissem.

Quare hoc, quod complector tantam scientiam uimque doctrinae, non modo non pro me, sed contra me est potius — non enim quid ego, sed quid orator possit disputo — atque hos omnis, qui artis rhetoricas exponunt, perridiculos. Scribunt enim de litium genere et de principiis et de narrationibus. **76** Illa uis autem eloquentiae tanta est, ut omnium rerum, uirtutum, officiorum, omnisque naturae, quae mores hominum, quae animos,

74 ipse *secl. Ernesti.*

l'étonnante mémoire, puis, en revenant d'Asie, à Athènes, où je me serais arrêté davantage, si je n'avais su mauvais gré aux Athéniens de n'avoir pas voulu recommencer la célébration de leurs mystères, pour lesquels j'étais arrivé deux jours trop tard.

Aussi, quand j'ai en vue cette vaste science, ces connaissances efficaces, je suis loin de parler en ma faveur, je parle plutôt contre moi — car il ne s'agit pas de ce que je possède, mais de ce que doit posséder l'orateur en général — et contre tous ces rhéteurs si ridicules avec leurs préceptes sur les genres de cause, les exordes et les narrations. **76** La véritable éloquence est d'une bien autre envergure : l'ensemble des choses, des vertus, des devoirs, de ces lois naturelles, qui résument le caractère, l'âme, la conduite des hommes, voilà ce dont elle connaît l'origine, la nature, les modifications ; elle définit aussi les coutumes, les lois, le droit ; elle préside à la direction des États, et, quels que soient les sujets, elle les traite tous en un style brillant et abondant. **77** Pour moi j'ai pénétré sur ce domaine dans la mesure de mes forces, dans la mesure où me l'ont permis le talent naturel, une moyenne instruction et l'expérience acquise, sans que toutefois, dans la discussion, je cède beaucoup de terrain à ceux qui ont comme dressé la tente de leur vie sur le terrain de la seule philosophie.

Retour à l'idée que l'orateur doit être un philosophe (78-95)

XXI. **78** « Quel argument mon ami C. Velleius pourrait-il apporter pour prouver que la volupté est le souverain bien, que je ne fusse en état, si je le voulais, de soutenir ou de réfuter, et avec plus d'abondance, grâce aux sources de développement dont Antoine nous a parlé (1), et grâce à cette habitude de la parole qui manque à Velleius et que possède chacun de nous ? Est-il rien que Sextus Pompée ou les deux Balbus

quae uitam continet, originem, uim mutationesque teneat, eadem mores, leges, iura describat, rem publicam regat, omniaque, ad quamcumque rem pertineant, ornate copioseque dicat. **77** In quo genere nos quidem uersamur tantum quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu ualemus ; neque tamen istis, qui in una philosophia quasi tabernaculum uitae suae collocarunt, multum sane in disputatione concedimus.

XXI. **78** Quid enim meus familiaris *C.* Velleius afferre potest, quam ob rem uoluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim uel tutari, si uelim, uel refellere, ex illis locis, quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unus quisque nostrum uersatus ? Quid est quod aut Sex. Pompeius aut duo Balbi aut meus amicus, qui cum Panaetio uixit, *M.* Vigellius de uirtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam aut uestrum quisquam concedere ? **79** Non est enim philosophia similis artium reliquarum. Nam quid faciet in geometria qui non didicerit ? quid in musicis ? Aut taceat oportebit aut ne sanus quidem iudicetur. Haec uero, quae sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id, quod in quoque ueri simile est, eliciendum acutis atque acribus eaque exercitata oratione poliuntur. Hic noster uulgaris orator, si minus *erit* doctus, ac

76 omniaque *Gruter* : omnia quae *VOP*.
78 Quid *VO* : qui *P* || C. *vulg.* : Gallus *codd.* || hominum Stoici : *secl. Bake* homines St. *vulg.* omni St. *Wilkins.*
79 Hic VO^1 : hic hic O^2P hinc hic *Pearce* || erit *vulg.* : est *VOP*.

ou mon ami M. Vigellius, qui a vécu près de Panétius, puissent, tout stoïciens qu'ils sont, produire de si décisif sur la vertu, que nous devions, dans la discussion, moi ou l'un d'entre nous, nous incliner devant eux ? **79** C'est qu'il n'en est pas de la philosophie comme des autres connaissances. Que dire sur la géométrie, sans l'avoir apprise ? ou sur la musique ? Il faut se taire ou donner l'impression qu'on n'a même pas son bon sens. Au contraire les questions philosophiques se laissent pénétrer par les esprits vifs et subtils qui tirent de chacune d'elles ce qu'elles ont de vraisemblable, et, grâce à leur habitude de la parole, l'exposent sous une forme châtiée. Sur de pareils sujets, notre orateur, même ordinaire, même d'une culture médiocre, mais habitué à parler, trouvera dans cette seule habitude courante de quoi infliger une leçon à ces philosophes, et ne leur permettra plus de le traiter avec mépris et avec hauteur. **80** Mais si jamais il se rencontre un homme capable, suivant la méthode d'Aristote, de soutenir sur toutes les questions le pour et le contre, et, fort de ses préceptes, de traiter complètement dans la même cause les deux thèses opposées ; ou s'il peut, comme nous avons dit (1) que le firent Arcésilas et Carnéade, combattre toute proposition qui sera mise en avant ; si enfin à cette formation théorique il sait joindre cette habitude et cet exercice de la parole que nous possédons, ce sera le vrai, le parfait, le seul orateur. Car, sans le nerf que l'on prend au forum, l'orateur manquera de véhémence et de force, et, sans variété de connaissances, il manquera d'élégance et de fond.

81 « Laissons donc, nous, le médiocre et vieux Corax chasser (2) ses petits corbeaux (3) de son nid et leur donner la volée quand ils sont devenus d'odieux, d'insupportables

(1) Voir §§ 67 et 68.
(2) C'était un des premiers rhéteurs grecs.
(3) Ne pas oublier que Corax, en grec, veut dire « corbeau ».

tamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem [nostros] uerberabit neque se ab iis despici ac contemni sinet. **80** Sin aliquis extiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in utramque *partem* possit dicere et in omni causa duas contrarias orationes, praeceptis illius cognitis, explicare, aut hoc Arcesilae modo et Carneadi contra omne quod propositum sit disserat quique ad eam rationem adiungat hunc [rhetoricum] usum [moremque] exercitationemque dicendi, is sit uerus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine forensibus neruis satis uehemens et grauis nec sine uarietate doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest.

81 Quare Coracem istum *ueterem* patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti, Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem tamquam puerilis delicias aliquas depingere nosque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris, quos nemo [oratorum] istorum umquam attigit, comprensa esse uideatur.

XXII. **82** Tum Catulus: Haudquaquam hercle, inquit,

79 attamen OP^2 *:* ac t. LVP^1 ‖ nostros *secl. Ernesti :* doctos *Soroj* magistros *Adler* philosophos *Piderit* ‖ despici ac contemni *ego clausulae causa :* c. ac d. *VOP* contemni despicique *aliquot codd. det.*

80 partem *vulg. :* partem sententiam *codd. dett.* sententiam *VOP* ‖ rhetoricum *secl. Schuetz* ‖ moremque *secl. Lambin.*

81 Quare — excludere *habet* NON. *p.* 82 *M* ‖ ueterem *Bake :* uestrum *codd.* NON. ‖ odiosi ac *VO :* odiosi et *P* ‖ oratorum *secl. Henrichsen :* rhetorum *Pearce.*

criards ; laissons je ne sais quel Pamphile (1) dessiner sur des bandes d'étoffe une chose aussi importante, comme on fait d'un amusement pour les enfants. Quant à nous, que cette courte discussion d'hier et d'aujourd'hui nous suffise pour exposer tout ce qui concerne la fonction de l'orateur, mais que ceci soit bien entendu : l'éloquence est quelque chose de si grand que son domaine s'étend à toutes les matières contenues dans tous les livres des philosophes, ouvrages qu'aucun de ces petits esprits (2) n'a jamais abordés.

— XXII. **82** En vérité, dit Catulus, il ne faut pas s'étonner que ta parole ait tant de force, de douceur, d'abondance. Je croyais jusqu'ici que tu devais à tes seuls dons naturels de m'apparaître dans tes paroles non seulement comme un orateur accompli, mais comme un esprit très philosophique. Je comprends aujourd'hui que tu as attaché plus d'importance encore aux études philosophiques et que l'abondance de ta parole trouve en elles sa source. Cependant, lorsque je repasse dans ma mémoire toutes les étapes de ton existence et que je considère tes occupations, je ne vois pas à quel moment tu as eu le loisir d'apprendre la philosophie et je n'imagine pas que tu aies pu consacrer beaucoup de temps à ces doctrines, à ces hommes, à leurs ouvrages. Et je ne saurais décider ce qui m'étonne le plus, ou que, parmi tant d'autres travaux, tu aies trouvé le moyen d'approfondir ces connaissances, dont tu veux me persuader que le secours est si puissant, ou, si tu ne l'as pas trouvé, que ta parole ait cette éloquence.

— **83** Tout d'abord, Catulus, dit Crassus, je voudrais te voir persuadé que, dans cette discussion sur l'orateur, je parle à peu près comme, le cas échéant, je parlerais

(1) On ne sait quel est ce Pamphile.
(2) Les rhéteurs.

Crasse, mirandum est esse in te tantam dicendi uel uim uel suauitatem uel copiam ; quem quidem antea natura rebar ita dicere ut mihi non solum orator summus sed etiam sapientissimus homo uiderere ; nunc intellego illa te semper etiam potiora duxisse quae ad sapientiam spectarent, atque ex his hanc dicendi copiam *ef*fluxisse. Sed tamen cum omnis gradus aetatis recordor tuae cumque uitam tuam ac studia considero, neque quo tempore ista didiceris uideo nec magnopere te istis studiis, hominibus, libris intellego deditum. Neque tamen possum statuere utrum magis mirer te illa, quae mihi persuades maxima esse adiumenta, potuisse in tantis tuis occupationibus perdiscere, a*n*, si non potueris, posse isto modo dicere.

83 Huic Crassus: Hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas uelim, me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem enim posse eum satis facere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset ; neque, ea cum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artifici existimatorem. **84** Similiter nunc de oratore, uestro impulsu, loquor, summo scilicet. Semper enim, quacumque de arte aut facultate quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. Quare si iam me uultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo. Quid enim nunc sim ineptus ? Ita me existimari scio. Quod

82 effluxisse *ego clausulae causa :* fluxisse *vulg.* ‖ an *vulg. :* ac *codd.*

83 huic *V :* huic *aut* hinc *L* hinc OP^1 hic P^2.

du comédien. Je dirais que celui-ci ne peut plaire par ses gestes, s'il ne s'est formé aux exercices du corps et à la danse ; pour tenir ce langage, j'aurais besoin d'être non pas un acteur, mais simplement un connaisseur passable d'un art que je ne pratique pas. **84** De même, sur vos prières instantes, je vous parle en ce moment de l'orateur ; de l'orateur parfait, bien entendu. Car toujours, dès qu'on traite d'un art ou d'un talent, quel qu'il soit, on a coutume de le considérer dans son absolue perfection. Prétendez-vous donc que je suis un orateur, un orateur même assez bon, voire un bon orateur ? Soit, j'y consens. Pourquoi y mettrais-je une modestie déplacée ? Je sais que je passe pour tel. Mais, avec tout cela, je ne suis certainement pas un orateur parfait, car il n'y a rien au monde de plus difficile, de plus élevé que notre art, ni qui exige le secours d'un plus grand nombre de connaissances. **85** Cependant, puisqu'il s'agit de discourir sur l'orateur, je ne puis parler que de l'orateur accompli. Comment se faire une idée exacte et complète d'une chose, de sa force, de sa nature, si elle n'est mise sous vos yeux dans son état de perfection ?

« Pour moi, Catulus, je l'avoue, je n'ai aujourd'hui aucun commerce avec ces ouvrages ni avec ces hommes ; il est vrai encore, et tu l'as fort bien observé (1), que je n'ai jamais pu trouver de temps pour l'étude ; je n'y ai consacré que les loisirs de mon enfance et les vacances des tribunaux. XXIII. **86** Mais si tu me demandes, Catulus, mon opinion personnelle sur ce genre de connaissances, voici ma réponse : un homme bien doué, et qui a en vue le forum, le sénat, les plaidoieries, les affaires publiques, n'a pas besoin d'y consacrer un temps aussi long que ces philosophes, qui sont morts sans avoir terminé leurs études. Les arts, en effet, quels qu'ils soient, ne sont pas

(1) Voir § 82.

si ita est, summus tamen certe non sum. Neque enim apud homines res est ulla difficilior neque maior nec quae plura adiumenta doctrinae desideret. **85** Ac tamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. Vis enim et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis et quanta sit intellegi non potest.

Me autem, Catule, fateor neque hodie in istis libris et cum istis hominibus uiuere, nec uero, id quod tu recte commeministi, ullum umquam habuisse sepositum tempus ad dicendum ac tantum tribuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis aetas, forenses feriae concesserint.

XXIII. **86** Ac si quaeris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini, et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rem publicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ei sumpserunt, quos discentes uita defecit. Omnes enim artes aliter ab iis tractantur qui eas ad usum transferunt, aliter ab iis qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in uita sunt aliud acturi. Magister hic Samnitium summa iam senectute est et cotidie commentatur ; nihil enim curat aliud. At *Q.* Velocius puer addidicerat ; sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,

Quamuis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuiuis satis asper ;

85 Ac *Sorof :* at *codd.*
86 At Q. *Victorius :* atque *VOP* ‖ addidicerat *LVP :* addicerat *O* ‖ quamuis — asper Lucil. *Marx,* 1273-74.

cultivés de la même manière par ceux qui les font passer dans la pratique et par ceux qui se contentent de les apprendre et d'en faire l'unique occupation de la vie. Tel maître d'escrime pour gladiateurs samnites est déjà fort âgé et tous les jours il s'entraîne : il n'a pas d'autre occupation. Q. Vélocius (1), lui, avait appris l'escrime dans son enfance, comme un art accessoire. Seulement, il y avait des dispositions et le connaissait à fond ; il fut donc, ainsi qu'on le voit chez Lucilius, « gladiateur samnite des plus habiles à l'école, et, le fleuret à la main, adversaire assez redoutable » ; malgré tout, il réservait une plus grande part de son activité au forum, à ses amis, aux soins de son patrimoine. Valérius (1) chantait tous les jours. Pouvait-il faire autre chose ? C'était un homme de théâtre. **87** Mais Numérius Furius (1), notre ami, ne chante que lorsque cela lui plaît : c'est un chef de famille, un chevalier romain ; dans son enfance, il a appris de la musique ce qu'il était bon d'en apprendre. Il en est de même pour les plus hautes connaissances, celles dont nous parlons. Ainsi nous voyons Q. Tubéro, cet homme plein de vertu et de sagesse, consacrer jours et nuits aux leçons d'un philosophe (2) ; au contraire, à peine se fût-on douté que son oncle se livrât à ces études ; il s'y livrait cependant ; je parle de l'Africain. C'est qu'il n'y a là rien de difficile, quand on se borne aux notions nécessaires, qu'on a un maître sûr, et qu'en outre soi-même l'on sait étudier. **88** Mais veut-on faire de ces études l'unique occupation de sa vie ? Le travail même et la recherche font naître chaque jour quelque problème nouveau, dont on poursuit la solution avec un plaisir qui dégoûte du reste. Donc, se donner tout à ces questions est une tâche infinie, en avoir une connaissance générale une tâche aisée, pour peu que la pratique for-

(1) Personnage d'ailleurs inconnu.
(2) Panétius.

sed plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius cotidie cantabat ; erat enim scaenicus. Quid faceret aliud ? **87** At Numerius Furius, noster familiaris, cum est commodum, cantat. Est enim pater familias, est eques Romanus ; puer didicit quod discendum. Eadem ratio est harum artium maximarum. Dies et noctes uirum summa uirtute et prudentia uidebamus, philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem. At eius auunculum uix intellegeres id agere, cum ageret tamen, Africanum. Ista discuntur facile, si et tantum sumas quantum opus sit, et habeas qui docere fideliter possit, et scias etiam ipse discere ; **88** sed si tota uita nihil uelis aliud agere, ipsa tractatio et quaestio cotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione uestiges. Ita fit ut agitatio rerum sit infinita, cognitio facilis, *si* usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat. Libet autem semper discere ; ut si uelim ego talis optime ludere, *ut* pil*a* studio tenear etiam fortasse si assequi non posism ; at alii, quia praeclare faciunt, uehementius quam causa postulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla talis. **89** Quare nihil est quod quisquam magnitudinem artium ex eo, quod senes discunt, pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt aut usque ad senectutem in studiis detinentur aut sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic habet, ut,

87 dies et noctes *L :* dies et $V^1O^1P^1$ ‖ uirum P^2 *:* uerum *cet.*

88 agitatio *Mueller :* — one *codd.* ‖ si *add. Mueller* ‖ ut pila *Madvig :* aut pilae *codd.*

tifie la théorie, qu'un temps raisonnable y soit consacré, que la mémoire et le goût s'en conservent. Or le désir d'apprendre est insatiable ; c'est comme si je voulais, moi, devenir de première force aux dés ou à la paume ; je m'y adonnerais avec passion, quand même je serais peut-être incapable d'y réussir ; par contre, d'autres, parce qu'ils excellent à ces jeux, s'y livrent avec plus d'ardeur que la chose ne le mérite; par exemple, Titius (1) à la paume, Brulla (1) aux dès. **89** Ne soyons donc pas effrayés de la difficulté des arts, sous prétexte que les vieillards s'en instruisent encore. Ou bien ils étaient vieux quand ils ont commencé à les apprendre, ou bien leur passion pour ces études les y a retenus jusqu'à la vieillesse, ou bien ils sont d'une intelligence très lente. Selon moi, la réalité est celle-ci : ce qu'on ne peut apprendre promptement, on ne peut jamais l'apprendre à fond.

— XXIV. **90** Maintenant, Crassus, je suis éclairé, dit Catulus, et je me range entièrement à ton avis. Oui, je vois qu'un homme comme toi, poussant à fond l'étude avec autant d'énergie, a dû trouver assez de temps pour acquérir les connaissances dont tu parles.

— Tu continues donc (2), reprit Crassus, à croire que je parle de moi en particulier, quand je traite la question en général ? Mais, si tu le veux bien, revenons à notre sujet.

— C'est précisément ce que je veux, répondit Catulus.

Qualités générales du style (91-95).

— **91** Où donc, reprit Crassus, tend ce discours si long et repris de si haut ? Voici. Il me reste à traiter deux parties (3), jeter de l'éclat sur le langage et mettre son couronnement à l'éloquence. L'une comprend les

(1) Personnages d'ailleurs inconnus.
(2) Voir § 74.
(3) Comparer § 37.

nisi quod quisque cito potuerit, nunquam omnino possit perdiscere.

XXIV. **90** Iam, iam, inquit Catulus, intellego, Crasse, quid dicas et hercule assentior. Satis uideo tibi homini ad perdiscendum acerrimo ad ea cognoscenda, quae dicis, fuisse temporis.

Pergisne, inquit Crassus, me quae dicam de me, non de re putare dicere? Sed iam, si placet, ad instituta redeamus.

Mihi uero, Catulus inquit, placet.

91 Tum Crassus: Quorsum igitur haec spectat, inquit, tam longa et tam alte repetita oratio ? Hae duae partes, quae mihi supersunt, illustrandae orationis ac totius eloquentiae cumulandae, quarum altera dici postulat *ornate*, altera apte, hanc habent uim, ut sit quam maxime iucunda, quam maxime in sensus eorum, qui audiunt, influat, et quam plurimis sit rebus instructa.

92 Instrumentum autem hoc forense, ligitiosum, acre, tractum ex uulgi opinionibus, exiguum saneque mendicum est. Illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, non multum est maius quam illud uulgare ac forense. Apparatu nobis opus est et rebus exquisitis undique [et] collectis, accersitis, comportatis, ut tibi, Caesar, faciendum est ad annum, ut ego in aedilitate laboraui, quod cotidianis et uernaculis rebus satis facere me posse huic populo non putabam.

91 dici *vulg. :* dicit *VOP* ‖ ornate *vulg. om. VOP* ‖ habent *vulg. :* habet *LVOP.*
92 tractum *vulg. :* tractatum *VOP* ‖ et *secl. Schuetz.*

ornements, l'autre la convenance ; toutes deux ont pour effet de rendre le discours aussi agréable que possible aux auditeurs, de lui ouvrir le mieux possible le chemin de leurs cœurs et de l'appuyer sur un fond aussi nourri que possible.

92 « Le langage que nous manions au forum, chicanier, âpre, reflet des préjugés de la multitude, est chétif et bien misérable. D'autre part, celui que mettent à notre disposition les prétendus maîtres de l'art oratoire n'est guère supérieur au premier, fait pour la multitude et le forum. Ce qu'il nous faut, à nous, c'est un appareil magnifique, ce sont des choses rares, recueillies, cherchées, amassées de tous côtés. L'an prochain (1), César, tu auras à t'évertuer de semblable façon. Moi aussi, lorsque j'étais édile, je me suis donné bien du mal, pensant que je ne pourrais pas satisfaire notre peuple avec des choses qu'il voit tous les jours et qu'il trouve chez lui.

93 « Pour le choix des mots, leur place dans la phrase et leur arrangement en périodes, il est facile de donner des règles, ou même, sans règles, tout simplement de s'exercer. Quant aux choses, le fond en est infini. Il manquait déjà aux Grecs (2) ; aussi notre jeunesse désapprenait-elle, pour ainsi dire, en allant apprendre (3). Mais, les dieux me pardonnent ! il y a deux ans, voici que des Latins ont apparu comme professeurs d'éloquence. Durant ma censure (4), j'avais, par mon édit, fermé leurs écoles, non point comme, paraît-il, le disaient certaines gens, pour empêcher nos jeunes gens d'aiguiser leur talent naturel ; je ne voulais pas, au contraire, qu'on vînt émousser ce talent et fortifier le penchant à l'impudence. 94 Chez les Grecs, quelque insuffisants qu'ils

(1) César était édile désigné.
(2) Aux rhéteurs grecs.
(3) Sous-ent. : chez eux.
(4) En 92.

93 Verborum eligendorum et collocandorum et concludendorum facilis est uel ratio uel sine ratione ipsa exercitatio. Rerum est silua magna, quam cum Graeci iam non tenerent ob eamque causam iuuentus nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini, si dis placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt ; quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo, ut nescio quos dicere aiebant, acui ingenia adulescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. **94** Nam apud Graecos, cuicuimodi essent, uidebam tamen esse praeter hanc exercitationem linguae doctrinam aliquam et humanitate dignam scientiam ; hos uero nouos magistros nihil intellegebam posse docere, nisi ut auderent ; quod etiam cum bonis rebus coniunctum per se ipsum est magnopere fugiendum. Hoc cum unum traderetur et cum impudentiae ludus esset, putaui esse censoris ne longius id serperet prouidere. **95** Quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem latine ea, de quibus disputauimus, tradi ac perpoliri ; patitur enim et lingua nostra et natura rerum uoterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri ; sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt ; sin quando extiterint, etiam Graecis erunt anteponendi.

XXV. **96** Ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam et suco suo. Nam ut grauis, ut suauis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita,

94 cuicuimodi *Manuce* : qui cuiusmodi *VOP* || humanitate dignam scientiam *Lambin* : humanitatem dignam scientia *codd.*

pussent être, je trouvais du moins, avec le même exercice de la parole, quelques connaissances théoriques et une culture digne d'un homme bien né. Mais ces nouveaux maîtres, je voyais bien qu'on ne pouvait rien apprendre d'eux, sinon à tout oser, tendance qui, même jointe à de réelles qualités, est insupportable en elle-même et doit être soigneusement réprimée. Comme c'était là tout ce que nos gens enseignaient et que leur école était une école d'impudence, je crus qu'il était du devoir des censeurs de veiller à ce que le mal ne s'étendît pas. **95** Non point que, par là, je veuille prétendre ou décider que je désespère de voir exposer en latin sous une forme parfaite les matières sur lesquelles nous avons discuté. Ni le génie de notre langue, ni la nature du sujet ne s'opposent à ce que cette antique et excellente sagesse des Grecs soit appropriée à notre usage et à notre génie. Mais il faut pour cela des hommes instruits, et, jusqu'à ce jour, nous n'en avons pas eu dans ce genre. Si jamais ils se montrent, ils devront l'emporter même sur les Grecs.

Retour au sujet. Vue d'ensemble sur l'élégance de la forme (96-103).

XXV. **96** « Pour revenir au sujet, le premier moyen de donner au style une allure brillante réside dans son caractère général, dans ce qui constitue, en quelque sorte, ce que j'appellerai son teint et sa sève propre. Qu'elle ait de la force, de la douceur, qu'elle trahisse l'homme instruit et bien né, qu'elle soit originale, élégante, qu'elle présente en outre, dans toute la mesure nécessaire, de la sensibilité et du pathétique, ces qualités ne résultent pas de telle articulation prise à part ; c'est dans le corps entier qu'elles se montrent. Quant à ce que j'appellerai les fleurs d'expressions et de pensées qui émaillent la diction, elles ne doivent pas être répandues partout également, mais semées çà et là, comme, dans la déco-

ut sensus, ut doloris habeat quantum opus sit, non est singulorum articulorum ; in toto spectantur haec corpore. Vt porro conspersa sit quasi uerborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum aequabiliter per omnem orationem, sed ita distinctum ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et lumina. **97** Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet ; non enim a me iam expectari puto, ut moneam ut caueatis ne exilis, ne inculta sit uestra oratio, ne uulgaris, ne obsoleta ; aliud quiddam maius et ingenia me hortantur uestra et aetates.

98 Difficile enim dictu est quaenam causa sit cur ea, quae maxime sensus nostros impellunt uoluptate et specie prima acerrime commouent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur. Quanto colorum pulchritudine et uarietate floridiora sunt in picturis nouis pleraque quam in ueteribus ! Quae tamen, etiam si primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant, cum idem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque teneamur. Quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae uoculae quam certae et seuerae ! Quibus tamen non modo austeri, sed, si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat. **99** Licet hoc uidere in reliquis sensibus ; unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suauitate

96 doloris *Bake :* — res *codd.*
97 obsoleta *vulg. :* inob — *VOP* ‖ maius *vulg. :* magis *codd.*
98 celerrime $V^2O^2P^2$ *:* celeberrime $LV^1O^1P^1$.

ration (1), l'on distribue ce qui, en quelque sorte, la relève et jette de l'éclat. **97** On choisira donc un style, qui tienne les auditeurs attentifs et qui non seulement les charme, mais les charme sans provoquer la satiété. Vous n'attendez pas de moi, n'est-ce pas, que je vous recommande, dans votre discours, d'éviter la sécheresse, les expressions manquant d'élégance, vulgaires ou surannées : c'est à des considérations d'ordre plus relevé que me portent votre talent et votre âge.

98 « Oui, il est difficile d'expliquer pourquoi les objets dont notre sensibilité est le plus agréablement touchée, et qui, au premier aspect, font sur elle l'impression la plus profonde, sont également ceux qui, le plus rapidement, provoquent en nous une sorte de dégoût et de satiété qui nous en écarte. Combien les tableaux récents, grâce à la beauté et à la richesse des couleurs, sont-ils, d'une façon générale, plus éclatants que les tableaux anciens ! Pourtant, bien qu'ils nous séduisent au premier coup d'œil, le charme s'évanouit assez vite, tandis que, devant les tableaux les plus anciens, nous ne cessons de les admirer, précisément pour leur caractère sombre et archaïque. Dans le chant, combien les inflexions contre nature et les tons de fausset sont plus souples et plus voluptueux que les notes exactes et sérieuses ! Toutefois ce ne sont pas seulement les gens au goût sévère qui protestent contre les premières, mais, si elles reviennent trop souvent, la foule elle-même. **99** La même remarque s'applique aux autres sensations. Les parfums très forts et très pénétrants nous charment moins longtemps que les parfums sobres dont nous usons et l'on préfère ce qui semble sentir la cire plutôt que le safran. Le toucher se fatiguerait aussi d'une surface molle et polie. Le goût lui-même, celui de nos sens qui nous apporte le plus de jouissances et celui qui aime avant tout la douceur,

(1) Sous-ent. : d'un édifice.

conditis quam his moderatis, et magis laudari quod ceram quam quod crocum olere uideatur ; in ipso tactu esse modum et mollidutinis et leuitatis. Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime uoluptarius quique dulcitudine praeter ceteros sensus commouetur, quam cito id, quod ualde dulce est, aspernatur ac respuit ! Quis potione uti aut cibo dulci diutius potest, *cum* utroque in genere ea, quae leuiter sensum uoluptate moueant, facillime fugiant satietatem ?

100 Sic omnibus in rebus uoluptatibus maximis fastidium finitimum est ; quo hoc minus in oratione miremur, in qua uel ex poetis uel ex oratoribus possumus iudicare concinnam, distinctam, ornatam, festiuam sine intermissione, sine reprensione, sine uarietate, quamuis claris sit ceteroribus picta uel poesis uel oratio, non posse in delectatione esse diuturna. Atque eo citius in oratoris aut in poetae cincinnis ac fuco offenditur, quod sensus in nimia uoluptate natura, non mente satiantur ; in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata uitia nescuntur.

XXVI. **101** Quare bene et praeclare quamuis nobis saepe dicatur ; belle et festiue nimium saepe nolo. Quamquam illa ipsa exclamatio : Non potest melius, sit uelim crebra ; sed habeat tamen illa in dicendo admi-

99 ceram *VO :* cacram *P* terram PLIN. *N.H.* 13, 3, 4 *et* 17, 5, 3 ‖ olere *codd. :* sapere PLIN. *ibid.* ‖ in ipso — leuitatis *habet* NON. *p.* 135 *M* ‖ Quin etiam — commouetur *habet* NON. *p.* 96 *M* ‖ cum *vulg. :* quam *codd.*

100 Atque citius — offenditur *habet* NON. *p.* 450 *M* ‖ offenditur *LVP* NON : ostend — *O.*

comme il est prompt à rejeter avec dédain ce qui est trop doux ! Qui peut supporter longtemps une boisson ou un aliment doux ? Dans les deux cas, au contraire, ce qui flatte discrètement le palais échappe le plus facilement à la satiété.

100 « Ainsi, en toutes choses, la satiété est la compagne immédiate du plaisir le plus vif. Aussi, pour la forme, le fait doit-il encore moins nous étonner : par l'exemple soit des poètes, soit des orateurs, nous pouvons nous rendre compte que, si elle offre des balancements d'expression, des points éclatants, une allure brillante, une grâce qui ne s'arrêtent, ne se laissent critiquer, ne varient jamais, quel que soit d'ailleurs l'éclat du coloris et qu'il s'agisse de vers ou de prose, elle n'est pas capable de nous charmer longtemps. Chez l'orateur ou le poète, l'affectation et les ornements empruntés nous choquent encore d'une façon plus rapide ; c'est que, lorsqu'il s'agit d'un plaisir excessif éprouvé par les sens, la satiété est instinctive, non réfléchie ; au contraire, lorsqu'il s'agit d'écrits et de discours, ce n'est pas seulement l'oreille, c'est surtout l'esprit qui distingue et qui juge les défauts sous les ornements empruntés.

XXVI. **101** « Que l'auditoire s'écrie aussi souvent qu'on voudra : « Bien, parfait », je ne veux pas qu'il répète trop souvent : « Charmant, délicieux. » Mais ce que j'aimerais à entendre fréquemment, c'est l'exclamation même : « On ne peut mieux ». Et, dans l'admiration même et l'éloge le plus vif pour un discours, je souhaiterais qu'il y ait un peu d'ombre à l'arrière-plan, pour que les objets éclairés semblent ressortir avec plus de relief. **102** Jamais Roscius ne met en jeu toute son action quand il prononce ce vers : « Le sage demande pour la vertu un prix honorable, et non un vil profit » ; il le laisse tomber naturellement. Mais, dans le suivant : « Que vois je ? Entouré de ses hommes d'armes, il enva-

ratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum extare atque minere uideatur. **102** Numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest :

Nam sapiens uirtuti honorem praemium, haud praedam [petit ;

sed abicit prorsus, ut in proximo

Set quid uideo ? ferro saeptus possidet sedes sacras,

incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. Quid ? ille alter

Quid petam praesidi ?

quam leniter, quam remisse, quam non actuose ! Instat enim

O pater, o patria, o Priami domus !

in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta. Neque id actores prius uiderunt quam ipsi poetae, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus utrisque summittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, uariatur, distinguitur. **103** Ita sit nobis igitur ornatus et suauis orator — nec tamen potest aliter esse —, ut suauitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. Nam ipsa ad ornandum praecepta, quae dantur, eius modi sunt ut ea quiuis *uel* utiosissi-

102 Nam sapiens — petit *cf. Ribbeck trag.*[3] *inc. inc.* XVII ‖ proximo *Gruter :* — mos *codd.* ‖ Sed quid — sacras *cf. Ribbeck trag.*[3] *p.* 277 ‖ Set *Ribbeck :* et *VOP* ‖ Quid petam praesidi *et* O pater — domus *cf. Ribbeck trag.*[3] ENNII *Andromacha Aechmalotis* IX.

103 decoctam *LV :* decoram *OP* ‖ quiuis uel *Sorof :* quamuis *codd.*

hit la demeure sacrée (1) », sa vue rencontre un objet ; il le regarde fixement, interdit, frappé de stupeur. Et cet autre acteur (2) dans le passage : « Où prendre un appui ? » Comme il parle d'abord avec calme, avec abandon, sans action dramatique ! Car il va avoir à dire : « O mon père ! o ma patrie ! o palais de Priam ! » et il ne pourrait rendre ce vers avec l'action dramatique convenable, s'il avait usé, épuisé ses forces dans le mouvement de la tirade précédente. Les acteurs d'ailleurs n'avaient pas vu ces règles avant les poètes, et même avant les compositeurs chargés de l'accompagnement musical. Les uns et les autres débutent sur un ton simple, puis ils l'élèvent, le diminuent, l'enflent, le varient, le nuancent. **103** Que l'orateur ait donc du brillant et du charme (sans ces qualités, il ne serait pas orateur), mais un charme viril et réel, qui ne soit ni douceâtre ni fade. Car, considérés en eux mêmes, les préceptes donnés sur la manière d'orner le discours sont tels qu'ils ne dépassent pas la portée du plus mauvais orateur. Ainsi l'essentiel, comme je l'ai déjà dit (3), est d'amasser un riche fonds de connaissances. Ce fonds devra prendre sa forme extérieure grâce à la contexture générale et au caractère particulier du style, recevoir son éclat grâce aux figures de mots, être relevé par des traits.

Importance de l'amplification pour atteindre à l'élégance (104-108).

104 « Le triomphe de l'éloquence, c'est d'amplifier le sujet par les ornements de la diction, ce qui consiste non seulement à agrandir ou à relever les objets par l'expression, mais à les amoindrir aussi et à les rabaisser. XXVII. L'amplification est nécessaire, toutes les fois que, pour donner de la créance au discours, on emploie les lieux dont Antoine a parlé (4), qu'il faille éclaircir un point, se concilier les esprits ou les exciter. **105** Mais c'est dans le dernier cas que l'amplification a le plus de pouvoir. C'est la

mus orator explicare possit. Quare, ut ante dixi, primum silua rerum [ac sententiarum] comparanda est, [qua de parte dixit Antonius]. Haec formanda filo ipso et genere orationis, illuminanda uerbis, uarianda sententiis.

104 Summa autem laus eloquentiae est amplificare rem ornando, quod ualet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. XXVII. Id desideratur omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, uel cum explanamus aliquid uel cum conciliamus animos uel cum concitamus. **105** Sed in hoc, quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una laus oratoris est et propria maxime. Etiam maior est illa exercitatio*ne*, quam extremo sermone instruxit Antonius [primo reiciebat], laudandi et uituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius quam utrumque horum cumulatissime facere posse.

106 Consequentur etiam illi loci, qui, quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum neruis esse debent, tamen quia de uniuersa retractari solent, communes a ueteribus nominati sunt. Quorum partim habent uitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculatorem, in pro-

103 ac sententiarum *secl. Schuetz* ‖ qua — Antonius *secl. ut glossema* ‖ Haec *LVP :* haec est *O.*

105 exercitatione *Kayser :* exercitatio *codd.* ‖ primo reiciebat *secl. ut glossema.*

106 quandam *OP :* quondam *LV.*

plus grande qualité de l'orateur, celle qui lui est vraiment propre. Elle devient plus éminente encore, s'il s'exerce dans le genre dont Antoine a donné les règles en terminant, je veux dire l'éloge et le blâme. En effet, pour apprendre à élever et amplifier un discours, rien ne vaut l'habileté consommée à traiter ces deux points.

106 « Près d'eux trouvent également place ces lieux qui doivent être particuliers à la cause, et tenir au cœur même du sujet, mais qui, d'habitude, sont employés lorsque l'on traite une question sous son aspect le plus général, et que, pour cette raison, les anciens ont appelés communs. Tantôt ce sont des manières d'attaques ou de plaintes vives et largement développées, ordinairement sans réplique possible, à propos de crimes ou de fautes, tels que le péculat, la trahison, le parricide ; on ne doit les employer qu'une fois l'accusation bien établie ; sinon ils seraient maigres et vides. **107** Ailleurs on implore le pardon ou la pitié. Ailleurs encore, ils consistent en ces discussions à double face, où l'on peut, généralisant la question, soutenir avec abondance le pour et le contre. Aujourd'hui ce dernier exercice paraît appartenir en propre aux deux écoles de philosophie (1) dont j'ai parlé ; autrefois il relevait de ceux (2) auxquels on allait demander tout ce qui était nécessaire pour aborder le forum et y parler avec abondance. En effet, sur la vertu, le devoir, le bon et le juste, la dignité, l'utilité, l'honneur, l'ignominie, les récompenses, les châtiments et d'autres points semblables, nous devons, nous aussi, avoir le talent et l'art de parler dans les deux sens opposés. **108** Mais, puisque nous avons été dépossédés de notre bien et cantonnés dans un tout petit domaine

(1) Le péripatétisme et l'Académie, voir § 67.
(2) Les maîtres de rhétorique, qui se confondaient avec les philosophes.

ditorem, in parricidam ; quibus uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes ; **107** alii autem habent deprecationem aut miserationem ; alii uero ancipites disputationes, in quibus de uniuerso genere in utramque partem disseri copiose licet. Quae exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur ; apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur. De uirtute enim, de officio, de aequo et bono, de dignitate, utilitate, honore, ignominia, praemio, poena similibusque de rebus in utramque partem dicendi *etiam nos* et uim et artem habere debemus. **108** Sed quoniam de nostra possessione depulsi in paruo et eo litigioso praediolo relicti sumus, et, aliorum patroni, nostra tenere tuerique non potuimus, ab iis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis mutuemur.

XXVIII. **109** Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parua urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati uniuersarum rerum publicarum nomine uocabantur, omnem ciuilem orationem in horum alterutro genere uersari, aut de finita controuersia certis temporibus ac reis hoc modo : Placeatne a Carthaginiensibus captiuos nostros redditis

107 etiam nos *Sorof :* animos *codd.* omnino *Manuce* copiose *Koch.*

109 uniuersarum *LVP :* uniuersitatem *O.*

qu'on nous dispute encore ; puisque, défenseurs du bien d'autrui, nous n'avons pu conserver et défendre le nôtre, nous voici réduits à la condition humiliante d'emprunter ce qu'il nous faut de ceux-là mêmes qui ont envahi notre patrimoine.

Les causes les plus favorables aux qualités de forme. Division des causes (109-119)

XXVIII. **109** « Voici donc ce que disent les philosophes, du moins ceux d'aujourd'hui, nommés Péripatéticiens ou Académiciens, d'une toute petite partie de leur ville ou plutôt d'un quartier, mais autrefois, à cause de leur profonde connaissance des plus hautes matières, appelés par les Grecs philosophes politiques, d'un nom qui embrassait la vie de l'État au sens le plus large. D'après eux tout discours politique rentre dans l'un des deux groupes que voici. C'est un débat précis, avec circonstances et personnes déterminées, par exemple : « Faut il recouvrer des Carthaginois nos prisonniers, en leur rendant les leurs » ? Ou bien c'est une question sans précision et de caractère général : en principe, que faut-il décider et penser au sujet des prisonniers de guerre ? Au premier de ces genres, les philosophes donnent le nom de cause particulière ou de controverse, et ils les font toujours rentrer dans l'un des trois genres judiciaire, délibératif ou démonstratif. L'autre, le second, ils la nomment question indéterminée et discussion sur un sujet que j'appellerai proposé (1) ⟨à notre examen⟩. **110** Telle est la division qu'ils emploient encore dans leur enseignement, et en cela, ils semblent moins chercher à recouvrer devant un magistrat, un tribunal (2), ou même par la violence la possession d'un bien perdu

(1) Parce que Cicéron traduit ici le grec θέσις.
(2) Ce sont les deux phases du procès.

suis recuperari ? aut infinite de uniuerso genere quaerentis : Quid omnino de captiuo statuendum ac sentiendum sit ? Atque horum superius illud genus causam aut controuersiam appellant eamque tribus, lite aut deliberatione aut laudatione, definiunt ; haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita consultatio nominatur. **110** Atque [hactenus loquuntur] etiam hac *in* instituendo diuisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, ui denique recuperare amissam possessionem, sed ut [iure ciuili] surculo detringendo usurpare uideantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, optinent atque id ipsum lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia [maxime] uigere audio, etiam harum iam causarum cognitio exercitatioque celebratur. Alterum uero tantummodo in prima arte tradenda nominant et oratoris esse dicunt ; sed neque uim neque naturam eius nec partis nec genera proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius quam attactum deseri. Nunc enim inopia reticere intellegun-tur, tum iudicio uiderentur.

XXIX. **111** Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, [de qua quaeri et disceptari potest], siue in infinitis consultationibus disceptatur siue in eis causis, quae in ciuitate et in forensi disceptatione uersantur ;

110 hactenus loquuntur *secl. Kayser* ‖ in *add. Ernesti* ‖ non ut *redeunt AH* ‖ ui *Manuce :* ut *codd.* ‖ iure ciuili *secl. Ellendt* ‖ lacinia *cet. :* lasciuia LVP^2 ‖ uigere *AH :* maxime u. *VOP* ‖ nec genera *redit E* ‖ attactum *AEH :* ac tantum VOP^2 ac tractatum *O marg.* attractatum P^2 ‖ inopia *cet. :* enim copia *O.*

111 Omnis — disceptatur *om. E* ‖ eandem habet *cet. :* eadem habent *AE* ‖ de qua — potest *secl. Ellendt* ‖ uersantur *VOP :* uersentur *E* uorsantur *AH.*

que l'affirmer en coupant une pousse (1). Car le premier genre, les questions avec temps, lieux, personnes déterminées, ils le tiennent sans doute, mais rien que du bout des doigts : j'entends dire en effet que, chez Philon, l'Académicien aujourd'hui en renom, la théorie et la pratique des causes particulières est également en honneur. Quant au second, ils se bornent à le mentionner dans leurs leçons générales et à dire qu'il appartient à l'orateur ; ils n'en exposent ni l'essence, ni la nature, ni les parties, ni les espèces, et ils feraient mieux de n'en pas parler du tout que de l'effleurer pour y renoncer aussitôt : c'est par impuissance, en effet, on le sent bien, qu'ils n'en disent pas davantage ; sinon l'on croirait que c'est par dessein calculé.

XXIX. **111** « En réalité, il n'est aucun sujet qui ne prête à contestation, qu'il s'agisse de discussions sur un cas général ou de ces questions particulières traitées en politique et discutées au forum, et il n'en est aucun qui, pour le fond et la méthode, ne se ramène à des questions de théorie ou de pratique. **112** C'est en effet une recherche théorique et scientifique pure que l'on poursuit ; exemple : Faut-il rechercher la vertu pour elle-même ou pour quelque avantage ? Ou bien c'est un dessein pratique que l'on a en vue ; exemple : Le sage doit-il prendre part à la direction des affaires publiques ? **113** La question théorique a trois modes : la conjecture, la définition et ce que j'appellerai (2) la conséquence. Cherche-t-on ce qui est contenu dans une chose, on emploie la conjecture. Exemple : y a-t-il de la sagesse

(1) Quand la revendication portait sur un objet de nature matérielle, il fallait qu'il fût représenté au moins par une parcelle, un champ par une motte, une maison par une brique, un bois par une branche. Ici les philosophes se bornent à mentionner le *genus infinitum*.

(2) C'est que le mot latin que nous traduisons par « conséquence » n'était pas encore employé en ce sens.

neque est ulla, quae non aut ad cognoscendi aut ad agendi uim rationemque referatur. **112** Nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur, ut : Virtus suamne propter dignitatem an propter fructum aliquem expetatur ? aut agendi consilium exquiritur, ut : Sitne sapienti capessenda res publica ? **113** Cognitionis autem tres modi, coniectura, definitio, et, ut ita dicam, consecutio. Nam quid in re sit coniectura quaeritur, ut illud : sitne in humano genere sapientia ? Quam autem uim quaeque res habeat definitio explicat, ut si quaeratur quid sit sapientia. Consecutio autem tractatur, cum quid quamque rem sequatur anquiritur, ut illud : sitne aliquando mentiri boni uiri ? **114** Redeunt rursus ad coniecturam eamque in quattuor genera dispertiunt. Nam aut quid sit quaeritur, hoc modo : naturane sit ius inter homines an in opinionibus ? Aut quae sit origo quoiusque rei, ut : quod sit initium legum aut rerum publicarum ? aut causa et ratio, ut si quaeratur : cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant ? aut de immutatione, ut si disputetur num interire uirtus in homine aut num in uitium possit conuertere.

115 Definitionis autem sunt disceptationes aut cum quaeritur quid in communi mente quasi impressum sit,

111 non aut ad *VOP :* non ad *AEH.*
112 fructum *AEH :* — tus *VOP* ‖ aliquem *vulg. :* — quod *AEH* — quos *VOP* ‖ exquiritur *VOP :* — retur *AEH.*
113 cognitionis *VOPE*^{1} *:* — nes *cet.* ‖ coniectura *VOP :* complectuntur *AEH* ‖ mentiri *VOPA*^{2} *:* mente in *cet.*
114 an in *A*^{1}*H :* an *cet.* ‖ rei ut *AEH :* rei aut *VOP* ‖ causa et ratio *AEH :* causae tractatio *VOP* ‖ conuertere *A*^{1}*E*^{1}*H*^{1} *:* se c. *A*^{2}*E*^{2}*H*^{2} conuerti *cet. codd.*
115 Definitionis *AEH :* — nes *VOP* ‖ aut *Gruter :* ut *codd.*

parmi les hommes ? S'agit-il de l'essence d'une chose, une définition débrouillera ce point. Exemple, la question suivante : Qu'est-ce que la sagesse ? La conséquence est de mise, lorsqu'on examine ce qui suit (1) une chose. Exemple : est-il permis quelquefois à l'honnête homme de mentir ?

114 « Revenant à la conjecture, ils la subdivisent en quatre espèces : car on peut considérer ce qu'est la chose ; par exemple : le droit parmi les hommes existe-t-il en lui-même ou dans leur opinion ? On peut rechercher l'origine de chaque chose : comment ont pris naissance les lois et les gouvernements ? ou la cause et la raison des choses, quand on se demande, par exemple, pourquoi les hommes les plus éclairés sont en désaccord sur les questions essentielles, ou les transformations, quand on discute, par exemple, sur le point de savoir si la vertu, chez l'homme, peut disparaître, ou même se changer en vice.

115 « C'est dans la définition que rentrent les discussions où notre recherche porte sur les notions qui sont comme empreintes dans tous les esprits, par exemple quand on examine si le droit est ce qui est utile au plus grand nombre ; ou bien lorsqu'on examine le caractère propre de quelque chose, par exemple : le style brillant est-il propre à l'orateur ou quelque autre peut-il également y prétendre ? ou bien lorsqu'on divise la chose en ses différentes parties, par exemple si l'on cherche combien d'espèces il y a de biens désirables, ou s'il y en a trois espèces, ceux du corps, de l'âme et de la fortune ; ou bien enfin lorsque l'on expose le caractère et pour ainsi dire (2) la marque naturelle distincte de tels

(1) *Sequilur*, mot de même racine que *consecutio*.

(2) Cicéron donne pour la première fois au latin *nota* le sens du mot grec χαρακτήρ ; d'où la restriction.

ut si disseratur idne sit ius, quod maxumae parti sit utile ; aut cum quid quoiusque sit proprium exquiritur, ut ornate dicere propriumne sit oratoris an id etiam aliquis praeterea facere possit ? aut cum res distribuitur in partis, ut si quaeratur quot sint genera rerum expetendarum, ut sintne tria, corporis, animi exterarumque rerum ; aut cum quae forma et quasi naturalis nota quoiusque sit describitur, ut si quaeratur auari species, seditiosi, gloriosi.

116 Consecutionis autem duo prima quaestionum genera ponuntur. Nam aut simplex est disceptatio, ut si disseratur expetendane sit gloria, aut ex comparatione, laus an diuitiae magis expetendae sint. Simplicium autem sunt tres modi, de expetendis fugiendisue rebus, ut expetendine honores sint, num fugienda paupertas, de aequo aut iniquo, *ut* aequumne sit ulcisci iniurias etiam propinquorum, de honesto aut turpi, ut hoc sitne honestum gloriae causa mortem obire ? **117** Comparationis autem duo sunt modi, unus, cum idemne sit an aliquid intersit quaeritur, ut metuere et uereri, ut rex et tyrannus, ut adsentator et amicus ; alter, cum quid praestet aliud alii quaeritur, ut illud optimine quoiusque sapientes an populari laude ducantur ?

115 idne *VOP :* unde *AEH* ‖ facere possit *AEH :* possit *VOP* ‖ expetendarum ut *AEH :* e. aut *VOP.*

116 duo *om. H* ‖ prima *VOP :* crimina *AEH* ‖ sunt tres *AEH :* t. s. *VOP* ‖ fugiendisue rebus *VOP :* fugiendis uerberibus *AEH* ‖ ut *ante* aequumne *add. Pearce*

117 ut rex *cet. codd. :* rex A^1EHVOP ‖ alter *vulg. :* alterum *codd.* ‖ aliud alii *AEH :* aliud *VOP.*

ou tels groupes, par exemple si l'on cherche quel est le type de l'avare, du séditieux, du fanfaron.

116 « Pour la conséquence, deux genres de questions se posent avant tout. Ou le point à trancher est simple, comme lorsqu'on discute s'il faut rechercher la gloire, ou il repose sur une comparaison : Que faut-il rechercher davantage, la gloire ou les richesses ? La conséquence simple comprend trois espèces ; ce qui est à rechercher ou à fuir (exemple : Faut-il rechercher les honneurs ? Faut il fuir la pauvreté ?), ce qui est juste ou injuste (exemple : Est-il juste de venger les injures même de ses proches ?), ce qui est bien ou honteux (exemple : Est-il bien d'affronter la mort par amour de la gloire?) **117** La comparaison, elle, comprend deux espèces : dans l'une on recherche si deux choses sont identiques ou présentent quelque différence, par exemple la crainte et le respect, le roi et le tyran, le complaisant et l'ami ; dans l'autre, on recherche en quoi l'un des termes l'emporte sur l'autre, par exemple si le sage doit se conduire d'après l'approbation des gens de bien ou d'après celle du vulgaire.

« C'est à peu près de cette façon que les maîtres les plus savants classent les discussions de nature théorique.

XXX. **118** « Dans celles qui se rapportent à la pratique, la discussion roule sur le devoir ; l'on se demande alors ce qui est bien et ce qu'il faut faire, enquête appuyée sur la liste entière des vertus et des vices, ou bien il s'agit de quelque passion à soulever au fond des cœurs, à calmer, à éteindre : ce genre comprend l'exhortation, le blâme, la consolation, la plainte pathétique, enfin tout ce qui est capable d'exciter toutes les émotions de l'âme, et, le cas échéant, de les apaiser.

119 « Voilà toutes les espèces et genres de discussions, et peu importe qu'il y ait quelque différence entre mon

Atque eae quidem disceptationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis hominibus distribuuntur.

XXX. **118** Quae uero referuntur ad agendum aut in offici disceptatione uersantur, quo in genere quid rectum faciendumque sit quaeritur, quoi loco omnis uirtutum et uitiorum est silua subiecta, aut in animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda tollendaue tractantur. Huic generi subiectae sunt cohortationes, obiurgationes, consolationes, miserationes omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio.

119 Explicatis igitur his generibus ac modis disceptationum omnium nihil sane ad rem pertinet si qua in re discrepauit ab Antoni diuisione nostra partitio. Eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac tributa. Nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque reuocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quaeque genera quaestionum argumenta sumenda ; sed aliis generibus alii loci magis erunt apti ; de quo non tam quia longum est quam quia perspicuum est, dici nihil est necesse.

117 cognitionem *VOPA*^{2} *:* cognat — *A*^{1}*EH* ‖ quid *AEH :* qui *VOP* ‖ distribuuntur *VOPE*^{2} *:* discribuntur *AE*^{2}*H*.

118 faciendumque *cet. :* —ne *O* ‖ quoi *H :* quo in *AE* cui *VOP* ‖ silua *VOP :* illa *AEH* ‖ subiecta *AEH :* — te *VOP* ‖ animorum *cet. :* amic — *O* ‖ cohortationes *cet.* : hort — *OP*^{2} ‖ consolationes *VOP :* consulat. *AEH*.

119 nihil sane — diuisione *habet* NON. *p.* 480 *M.* ‖ discrepauit *AEH :* discrepuit *LVOP* NON. ‖ nostra *cet.:* nos *LV*^{1}*O*^{1}*P*^{1} ‖ Eadem *AEH :* eadem enim *VOP* ‖ utriusque disputatione *AEH :* utrisque disputationibus *VOP* ‖ tributa *AEH :* distr — *VOP*.

classement et la division adoptée par Antoine (1) : nos deux systèmes sont formés des mêmes pièces, mais classées et distribuées d'une façon qui n'est pas tout à fait identique. Maintenant je vais aborder ce qui me reste à dire et me rappeler à mon rôle et à ma tâche (2). Car les lieux exposés par Antoine sont une mine qui fournit des arguments pour tous les genres de questions ; chaque genre a cependant ses lieux qui lui conviennent mieux ; c'est un point qu'il est inutile de traiter, non que la chose soit longue, mais parce qu'elle est évidente.

Nouvelle digression : Nécessité pour l'orateur d'une instruction étendue (120-143)

120 « Ceci posé, les discours les plus brillants sont ceux où l'on se donne le champ le plus vaste, et où, d'un cas particulier, on se porte, on se tourne (3) à l'examen de la question en ce qu'elle a de plus général, de telle sorte que l'auditeur, après avoir saisi la question dans sa nature, dans son fond, dans ce qu'elle a de général, peut se prononcer sur les circonstances particulières à l'accusé, à l'accusation criminelle, aux procès civils à juger. **121** C'est la pratique de cette façon d'agir qu'Antoine vous a recommandée (4) à vous, jeunes gens (5), estimant que vous deviez franchir les bornes étroites et restreintes d'une contestation mesquine pour aborder en leur fond toute la diversité des discussions. Un pareil service, ce n'est donc pas la lecture de quelques traités qui vous le rendra, au rebours de ce qu'imaginent ceux qui ont écrit sur l'art de parler ; il n'y suffit pas non plus d'une maison de campagne à Tusculum, ou d'une conversation

(1) Livre II, §§ 163 et suiv.
(2) Parler de l'élocution proprement dite.
(3) Je n'ai pas pu rendre l'effet voulu *conferunt* et *conuertunt*.
(4) Livre II, §§ 133 et suiv.
(5) Crassus s'adresse surtout à Sulpicius et à Cotta.

120 Ornatissimae sunt igitur orationes eae, quae latissume uagantur et a priuata [et a singulari] controuersia se ad uniuersi generis uim explicandam conferunt et conuertunt, ut ei, qui audiant, natura et genere et uniuersa re cognita, de singulis reis et criminibus et litibus statuere possint. 121 Hanc ad consuetudinem exercitationis uos, adulescentes, est cohortatus Antonius atque a minutis angustisque concertationibus ad omnem uim uarietatemque uos disserendi traducendos putauit. Quare non est paucorum libellorum hoc munus, ut ei, qui scripserunt de dicendi ratione, arbitrantur, neque Tusculani atque huius ambulationis antemeridianae aut nostrae posmeridianae sessionis. Non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suauitate, copia, uarietate. XXXI. 122 Nostra est enim — si modo nos oratores, si in ciuium disceptationibus, si in periculis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et principes sumus —, nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, quasi caducam atque uacuam, abundantes otio, nobis occupatis inuolauerunt atque etiam aut inridentes oratorem, ut ille in

120 et a singulari *VOP secl. Soroj :* ac s. *AEH* ‖ uim *VOPA*^{2}*:* uix *cet.* ‖ natura et genere *VOP :* naturae g. *AEH* ‖ reis *VOP :* rei *AEH* rebus *Matthias* ‖ statuere possint *clausula inusitata.*

121 est cohortatus *VOP :* cohortatus *AEH* ‖ arbitrantur *AEH :* arbitrati sunt *VOP* ‖ ambulationis *cet. :* — nes A^1H^1E ‖ sessionis *cet. :* — nes A^1HE ‖ procudenda *H :* procluenda *VOP* procludenda *A* prouidenda *E.*

122 oratores *AEH :* o. sumus *VOP* ‖ si in p. si in del. *om. AEH* ‖ adhibendi *AEH :* adimendi *VOP* ‖ ita *(sic)* prudentiam — inuolauerunt *habet* NON. *p.* 128 *M* ‖ qua *et* caduca *et* uacua *AEH.*

en se promenant, comme celle de ce matin, ou assis, comme cet après-midi. Non, il ne suffit pas d'affiler la langue, de forger l'outil ; il faut bien meubler l'esprit d'un fonds agréable, abondant, varié, de connaissances très nombreuses et très importantes.

XXXI. **122** « A nous (si toutefois nous sommes de vrais orateurs, si dans les causes civiles, si dans les procès criminels, si dans les délibérations publiques nous méritons qu'on nous sollicite de prendre l'initiative et de jouer le principal rôle), à nous, dis-je, tout ce domaine de philosophie et de science, sur lequel des gens, regorgeant de loisirs et profitant de nos occupations, se sont abattus comme sur une terre abandonnée et sans maître. Ils vont même plus loin : ils raillent l'orateur, comme fait le grand Socrate dans le *Gorgias* (1), ils lui cherchent des chicanes, ou bien donnent sur l'art oratoire quelques préceptes en de minces traités qu'ils intitulent traités de rhétorique, comme si l'enseignement des rhéteurs ne comprenait pas en propre tout ce que ces mêmes philosophes disent de la justice, du devoir, de la constitution et du gouvernement des États, de la morale entière. **123** Puisque aujourd'hui nous ne pouvons faire autrement, il nous faut chercher ces notions chez ceux mêmes qui nous ont dépouillés ; mais sachons les appliquer à la vie publique, la nôtre, but où elles tendent et qu'elles visent, et, je le répète (2), ne consumons pas toute notre vie à nous en instruire. Une fois les sources bien vues — et, à moins de les connaître promptement, on ne parviendra jamais à les connaître (3) — on y puisera, toutes les fois que besoin sera, dans la mesure où le demandera la cause. **124** Car si l'intelligence humaine n'a pas reçu de la nature une pénétration assez vive

(1) Cf. livre I, §§ 47 et 103.
(2) Voir §§ 86 et suiv.
(3) Idée déjà exprimée à la fin du § 89.

Gorgia Socrates, cauillantur, aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis eosque rhetoricos inscribunt, quasi non illa sint propria rhetorum, quae ab eisdem de iustitia, de officio, de ciuitatibus instituendis et regendis, de omni uiuendi [,denique etiam de naturae] ratione dicuntur. **123** Quae quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, a quibus expilati sumus, dummodo illa ad hanc ciuilem scientiam, quo pertinent et quam intuentur, transferamus, neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus aetatem ; sed, cum fontis uiderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quotienscumque opus erit, ex eis tantum, quantum res petet, hauriemus. **124** Nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit uidere, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri uir ingenio cernat, si modo aspexerit.

In hoc igitur tanto tam immensoque campo cum liceat oratori uagari libere, atque, ubicumque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi. **125** Rerum enim copia uerborum copiam gignit ; et, si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex re naturalis quidam splendor in uerbis. Sit modo is, qui dicet aut scribet, et institutus

122 cauillantur — libellis *habet* NON. *p.* 92 *M.* ‖ cauillantur *AEH* NON. : — atur *VOP* ‖ denique — naturae *secl. Bake.*

123 expilati *cet. :* exspoliati $A^2E^2H^2$ ‖ quo *VOP :* qua *AH* quae *E* ‖ discendis *cet. :* dic — *LV.*

124 consistere *om. AEH* ‖ facile *om. VOP.*

125 uerborum copiam *om. AEH* ‖ re naturalis *AEH :* rei natura *VOP* ‖ scribet et *AEH :* scribet *VOP*

pour voir par elle-même de si grandes choses sans qu'on les lui montre, ces choses ne sont pas non plus tellement obscures qu'une intelligence pénétrante ne puisse les bien voir, dès qu'elle y aura porté ses regards.

« Ainsi puisque c'est tout ce champ immense que l'orateur a le droit de parcourir librement, et que, partout où il s'arrête, c'est sur un terrain qui lui appartient, il y trouvera largement tout ce qui peut communiquer à sa parole une allure magnifique et brillante. **125** L'abondance des choses produit en effet l'abondance des mots, et, s'il y a de la noblesse dans les choses mêmes dont il est parlé, il en rejaillit sur les mots une sorte d'éclat naturel. Que celui qui parle ou écrit ait reçu l'éducation et l'instruction qu'on donne aux enfants bien nés, qu'il brûle d'un beau feu pour l'étude, qu'il soit aidé par des dispositions naturelles, qu'il se soit exercé à la discussion de cas généraux et indéterminés, qu'il ait choisi, pour les connaître et les imiter, les plus brillants des écrivains et des orateurs, oh ! alors, il n'aura pas besoin d'aller demander à ces maîtres là (1) le secret de construire les mots ou d'y jeter de l'éclat, tellement, au milieu de cette abondance d'idées, il sera porté doucement et sans guide, par le seul talent naturel, mais un talent exercé, vers les ornements du discours.

L'universalité du savoir était l'apanage des anciens orateurs.

— XXXII **126** Grands dieux ! s'écria Catulus, que de connaissances variées, importantes (2), riches, tu as fait entrer, Crassus, dans ta définition, et de quelle position étroite tu as hardiment tiré l'orateur pour le rétablir dans le royaume de ses ancêtres. Ces vieux maîtres, en effet, qui donnèrent en même temps les premiers modèles de

(1) Les rhéteurs.
(2) Je n'ai pu rendre l'allitération *varietatem — vim.*

liberaliter educatione doctrinaque puerili et flagret studio et a natura adiuuetur et in uniuersorum generum infinitis disceptationibus exercitatus ornatissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque delegerit, ne ille haud sane quem ad modum uerba struat et illuminet a magistris istis requiret. Ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata, delabitur.

XXXII. **126** Hic Catulus : Di immortales, inquit, quantam rerum uarietatem, quantam uim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare ! Namque illos ueteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus semperque esse in omni orationis ratione uersatos. **127** Ex quibus Elius Hippias cum Olympiam uenisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret nec solum has artis, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu

125 ad cognoscendum *VOP :* cog — *AEH* ‖ delegerit *AEH :* cognorit *VOP* ‖ haud *O :* aut *cet.* ‖ struet *VOPH*[1] *:* struat *cet.* ‖ orationis *AEH :* ornat — *VOP* ‖ delabitur *VOP:* labetur *AEH.*

126 ueteres *om. VOP.*

127 Elius *vulg. :* et eius *AEH* Erilius *VOP* ‖ paene *VOP :* saepe *AEH* ‖ audiente *VOP :* — ntibus *AEH* ‖ nec *cet. :* non *H* ‖ se sua *VOP :* sua *AEH.*

l'art de parler, nous savons qu'ils ne regardaient aucune matière de discussion comme hors de leur domaine et qu'ils ne cessaient de traiter toute sorte de sujets. **127** L'un d'eux, Hippias d'Élis, étant venu à Olympie pour ces jeux célèbres qui, tous les cinq ans, y attiraient une grande affluence de peuples, se vantait, devant la Grèce presque entière, qu'il n'y avait rien, en aucun ordre de connaissances, qui lui fût étranger, non seulement celles dont nous parlons maintenant, et qui constituent la culture d'un homme libre et bien né, géométrie, musique, belles-lettres, poèsie, voire les sciences de la nature, des mœurs, des affaires publiques ; l'anneau même, qu'il portait, le manteau qui le couvrait, les socques, dont il était chaussé, il les avait fabriqués de ses propres mains. **128** Et sans doute il allait trop loin ; mais, par ce seul exemple, on peut aisément juger tout ce que les orateurs cherchaient à savoir des arts les plus relevés, eux qui ne dédaignaient pas même les plus grossiers.

« Que dire des de Prodicus de Cèos ? de Thrasymaque de Chalcédoine ? de Protagoras d'Abdère ? Chacun d'eux, à cette époque reculée, parla et écrivit abondamment, même sur les choses de la nature. **129** Prenons encore Gorgias de Léontium lui même, que Platon voulut choisir comme avocat de l'éloquence lorsqu'il immola celle-ci à la philosophie (1) ; en réalité, ou Gorgias ne fut jamais vaincu par Socrate et le dialogue de Platon n'est qu'une invention, ou, si Gorgias fut vaincu, c'est que Socrate, n'en doutons pas, se montra plus éloquent, plus disert, et, selon ta propre expression (2), plus abondant et plus habile orateur. Quoiqu'il en soit, Gorgias, dans cet ouvrage même de Platon, se fait fort de développer avec une extrême abondance toutes les questions qu'on voudra soumettre à un débat et à un examen, et il est

(1) Dans le *Gorgias*.
(2) Livre I, § 47.

confecisse. **128** Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est coniectura facilis quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint.

Quid de Prodico Cio, de Thrasymacho Calchedonio, de Protagora Abderita loquar ? quorum unus quisque plurimum temporibus illis etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. **129** Ipse ille Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato uoluit, philosopho succubuit orator, qui aut non est uictus umquam a Socrate neque sermo ille Platonis uerus est, aut, si est uictus, eloquentior uidelicet fuit et disertior Socrates, et, ut tu appellas, copiosior et melior orator — sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re, quaecumque in disceptationem quaestionemque uocetur, se copiosissime dicturum esse profitetur isque princeps ex omnibus ausus est in conuentu poscere qua de re quisque uellet audire [cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua sed aurea statueretur].

130 Sed ii, quos nominaui, multique praeterea summique dicendi doctores uno tempore fuerunt ; ex quibus intellegi potest ita se rem habere, ut tu, Crasse, dicis,

127 confecisse *VOP :* — isset *AEH.*

128 ipso est *VOP :* ipsi *AEH* ‖ illi *AEH :* illi ipsi *VOP* ‖ appetierint *AEH :* appeterent *VOP* ‖ repudiarint *VOP :* — arent *AEH.*

129 si est *AEH :* si est uictus *VOP* ‖ et ut tu *VOP :* ut tu *AEH* ipso *om. AEH* ‖ uocetur *E :* reuocetur *AH* uocaretur *VOP* ‖ cui tantus — statueretur *secl. ut glossema* ‖ habitus est *AEH :* est h. *VOP.*

130 Sed *AEH :* atque *VOP* ‖ ii *H :* hi *cet.* ‖ summique *AEH :* summi *VOP* ‖ doctores *cet. :* auct — E^1H.

le premier qui, devant une foule assemblée, ait demandé sur quel sujet on désirait qu'il parlât.

130 « Ceux que je viens de nommer et beaucoup d'autres maîtres illustres de la parole vécurent dans le même temps ; d'où l'on peut conclure que les choses sont bien comme tu le dis, Crassus (1), et que la profession d'orateur, dans l'ancienne Grèce, vraiment se distinguait par plus de connaissances (2) et plus de gloire. 131 Raison de plus pour me demander s'il faut décerner à toi plus d'éloges ou aux Grecs plus de blâme, à toi qui, de naissance ne parlant pas la même langue et ne connaissant pas les mêmes mœurs, dans une cité où règne le tourbillon des affaires, partagé entre les intérêts de clients innombrables, l'administration du monde entier et le gouvernement d'un immense empire, n'en as pas moins su embrasser un tel ensemble de connaissances et les allier à la science et à la pratique de l'homme d'État, si influent dans la cité par ses conseils et son éloquence ; les Grecs, au contraire, nés au sein des belles lettres, passionnés pour ces études, jouissant de tout loisir, non seulement n'ont pas accru, mais n'ont même pas su conserver l'héritage laissé par leurs ancêtres et qui leur appartenait en propre.

Les anciens orateurs ont été dépossédés de leur apanage, mais doivent revendiquer leur bien (132-149)

— XXXIII 132 « Ce n'est pas seulement cet art, reprit Crassus, mais bien d'autres encore qui ont perdu de leur grandeur par les divisions et les démembrements qu'on y a introduits. Crois-tu, Catulus, que, du temps du grand Hippocrate de Cos,

(1) Allusion à la théorie de Crassus sur l'union initiale de l'éloquence et de la philosophie.

(2) Ou, peut-être, mais moins vraisemblablement : par le nombre de ceux qui l'exerçaient.

oratorisque uel copia uel gloria floruisse. **131** Quo quidem magis dubito tibine plus laudis an Graecis uituperationis statuam esse tribuendum, cum tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in ciuitate, uel priuatorum negotiis paene omnibus uel orbis terrae procuratione ac summi imperi gubernatione destrictus, tantam uim rerum cognitionemque comprenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et oratione in ciuitate ualeat, scientia atque exercitatione sociaris, illi nati in litteris, ardentes iis studiis, otio uero diffluentes, non modo nihil adquisierint, sed ne relictum quidem et traditum et suum conseruerint.

XXXIII. **132** Tum Crassus : Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed in aliis etiam compluribus distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium deminutae. An tu existumas, cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui morbis, alios, qui uulneribus, alios, qui oculis mederentur ? Num geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus uniuersum complecteretur atque ut alius aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret ? **133** Equi-

131 tibine plus *VOP :* tibine *AEH* ‖ tribuendum *VOP :* — dam *AEH* ‖ destrictus *AH :* dis — *cet.* ‖ rerum *om. AEH* ‖ comprenderis *et* sociaris *AEH :* —res *VOP* ‖ ardentes *AEH :* ardentesque *VOP* ‖ iis *H :* his *cet.*

132 Non in *VOP :* non *AEH* ‖ re *om. AEH* ‖ compluribus *VOP :* quam pl — *AEH* ‖ magnitudines *cet. :* — nis *AE* ‖ deminutae *cet. :* dim — P^2 diuinitate P^1 ‖ Num *cet. :* nam *AE* ‖ num ipsas l. A. *om. VOP* ‖ discerptas *cet. :* — ta A^1EH — tam A^2 ‖ uniuersum *VOP :* — sorum *AEH* ‖ elaboraret *cet. :* elaboret *AE.*

il y avait des médecins spécialisés dans le traitement, les uns des maladies, d'autres des blessures, d'autres encore des yeux ? Quand Euclide et Archimède cultivaient la géométrie, Damon et Aristoxène la musique, Aristophane et Callimaque enfin la critique littéraire, ces connaissances étaient-elles si morcelées que personne n'en possédât une tout entière, mais que chacun se bornât à choisir telle ou telle partie, pour y appliquer son effort ? **133** Pour moi, j'ai souvent entendu dire à mon père et à mon beau-père que, chez nous aussi, ceux qui cherchaient à se distinguer en méritant le glorieux titre de sages avaient coutume d'embrasser tout le savoir, j'entends tout le savoir auquel notre cité était alors parvenue. Ils se rappelaient Sex. Aelius — de même que nous avons, nous, vu M' Manilius (1) — se promenant d'un bout à l'autre du forum, ce qui était une manière d'indiquer nettement à tous ses concitoyens qu'il tenait ses conseils à leur disposition ; et, autrefois, tandis qu'ils se promenaient ainsi ou qu'ils attendaient chez eux dans leur fauteuil, on allait les trouver pour les consulter non seulement sur le droit (2), mais sur une fille à établir, une terre à acheter, un champ à cultiver, bref sur toute sorte de devoirs ou d'affaires. **134** Telle fut la sagesse du grand P. Crassus l'ancien, de Ti. Coruncanius, de Scipion (3) le bisaïeul de mon gendre, au jugement particulièrement éclairé, tous d'ailleurs grands pontifes, si bien qu'on les consultait au sujet de n'importe quelle chose divine ou humaine ; dans le sénat, devant le peuple, ou dans les procès de leurs amis, dans la paix comme dans la guerre, ils étaient toujours là pour donner leurs sûrs avis.

(1) Consul en 149.

(2) Le *jus civile* latin s'oppose au droit international ; il comprend donc beaucoup plus que ce que nous désignons par droit civil.

(3) P. Cornelius Scipio Nasica Corculum, consul en 162 et 155, censeur en 159.

dem saepe hoc audiui de patre et de socero meo nostros quoque homines, qui excellere sapientiae gloria uellent, omnia, quae quidem tum haec ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Aelium ; M'. uero Manilium nos etiam uidimus trauorso ambulantem foro, quod erat insigne eum, qui id faceret, facere ciuibus suis omnibus consili sui copiam ; ad quos olim et ita ambulantis et in solio sedentis domi sic adibatur, non solum ut de iure ciuili ad eos, uerum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. **134** Haec fuit P. Crassi illius ueteris, haec Ti. Coruncani, haec proaui generi mei Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus diuinis atque humanis rebus referretur ; eidemque in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae consilium suum fidemque praestabant. **135** Quid enim M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam tramarinam atque aduenticiam defuit ? Num, quia ius ciuile didicerat, causas non dicebat ? aut, quia poterat dicere, iuris scientiam neglegebat ? Vtroque in genere elaborauit et praestitit. Num propter hanc ex priuatorum negotiis collectam gratiam tardior in re publica capessenda fuit ? Nemo apud

133 et de *cet. :* et *E* ‖ illi *om. HE* ‖ M' *vulg.*: M. *VOP* Marcum *AEH* ‖ Manilium *AEH :* Manlium *VOP* ‖ uidimus *bis AEH* ‖ facere *om. AEH* ‖ suis *om. VOP* ‖ et ita *cet. :* ita *H* ‖ de agro colendo *om. AEH* ‖ referretur *VOP :* repeteretur *H* repereretur *A* repperetur *E*.

134 in senatu *AEH :* et in s. *VOP*.

135 didicerat *LV :* non d. *cet.* ‖ Vtroque *AEH :* at u. *VOP* ‖ elaborauit *AEH :* et laborauit *VOP* ‖ collectam *AEH :* coniectam *VOP*.

135 Et à M. Caton, qu'a-t-il manqué, sinon cette fleur de culture, production d'outre-mer et importation de l'étranger ? Il avait appris le droit ; en plaidait-il moins pour cela ? Il était capable de plaider, négligeait-il pour cela la science du droit ? Non, il s'appliqua à l'un et à l'autre et y réussit également. Et la popularité qu'il acquit en soutenant les intérêts des particuliers le rendit-elle moins empressé à prendre en mains les affaires de l'État ? Personne, devant le peuple, ne fut plus énergique, au sénat ne fut plus utile. Ajoutez que, sans conteste, il était également un général de premier ordre. Enfin tout ce que, de son temps, on pouvait savoir et apprendre dans notre ville, il l'étudia, le sut et même en écrivit.

136 Aujourd'hui, par contre, ceux qui aspirent à obtenir les honneurs et à conduire les affaires se présentent généralement nus et sans armes, ne possédant ni culture ni connaissances aucunes. S'en trouve-t-il un par hasard qui ait quelque valeur, il est transporté d'orgueil, s'il apporte un seul mérite spécial, soit la bravoure du soldat, soit une certaine pratique de la guerre — encore, sous ce double rapport, sommes-nous bien déchus —, soit la science du droit — et pas de tout le droit, car le droit pontifical, qui en est une partie nécessaire, personne ne l'apprend — soit l'éloquence, qu'ils font consister en des éclats de voix et un flux de paroles. Mais la solidarité, la parenté, qui unit toutes les belles connaissances et même toutes les qualités personnelles, c'est une chose qu'on ne connaît plus.

XXXIV. **137** « Je reviens aux Grecs, que nous ne pouvons laisser de côté du moins dans une conversation sur ce sujet, car c'est chez nous qu'il faut chercher les exemples de qualités morales, mais chez eux de science. On dit que, dans le même temps, vécurent chez eux sept hommes qui furent regardés comme des sages et appelés

populum fortior, nemo melior senator, et idem facile optimus imperator ; denique nihil in hac ciuitate temporibus illis sciri disciue potuit, quod ille non cum inuestigarit et scierit tum etiam conscripserit.

136 Nunc contra plerique ad honores adipiscendos et ad rem publicam gerendam nudi ueniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid adfert, aut bellicam uirtutem aut usum aliquem militarem — quae sane nunc quidem obsoleuerunt —, aut iuris scientiam — ne eius quidem uniuersi ; nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit —, aut eloquentiam, quam in clamore et in uerborum cursu positam putant ; omnium uero bonarum artium, denique uirtutum ipsarum societatem cognationemque non norunt.

XXXIV. 137 Sed ut ad Graecos referam orationem, quibus carere hoc quidem sermonis genere non possumus — nam ut uirtutes a nostris, sic doctrinae sunt ab illis petenda —, septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et uocarentur. Hi omnes praeter Milesium Thalem ciuitatibus suis praefuerunt. Quis doctior isdem temporibus illis aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati ?

135 et idem *AEH :* idem *VOP* ‖ facile *om. AEH* ‖ illis *om. AEH.*

136 nullam cognitionem rerum *om. VOP* ‖ excellit *AEH :* — let *VOP* ‖ obsoleuerunt *VOP*^{2} : obsoluerunt *cet.* ‖ pontificium *cet. :* — cum AH^1 ‖ cognationemque *cet. :* cogitat — AEH^1

137 carere hoc *AEH :* c. in hoc *VOP* ‖ uirtutes *AEH :* — tis *VOP* ‖ petenda A^2H^2 *:* — dae A^1EH^1 repetenda *VOP* ‖ temporibus illis *AEH :* i. t. *VOP* ‖ traditur *om. AEH* ‖ ita *om. AEH.*

de ce nom. Tous, excepté Thalès de Milet, dirigèrent les affaires de leur cité. Qui, vers cette même époque, fut plus instruit que Pisistrate et d'une éloquence plus nourrie de connaissances littéraires ? Le premier, assure-t-on, il remédia à la confusion antérieure des poèmes homériques et les disposa dans l'ordre où nous les avons (1). Il a, je le confesse, mal servi ses concitoyens, mais son éloquence eut un tel éclat qu'on la mettait au premier rang pour le fonds de connaissances littéraires et scientifiques. **138** Et Périclès ? Sa parole, selon la tradition, était si puissante, que, un jour qu'il parlait sans complaisance contre les inclinations des Athéniens, pour le salut de la patrie, la thèse même qu'il soutenait contre les hommes qui flattaient le peuple devint, à ce qu'il semble, populaire et agréable à la multitude. Les poètes de la comédie ancienne, tout en le maltraitant, ce qui était alors permis à Athènes, avouaient que la grâce habitait sur ses lèvres et en même temps que la puissance de son discours laissait comme une sorte d'aiguillon enfoncé dans l'âme des auditeurs. Il n'avait pas eu comme maître, lui, un déclamateur enseignant à criailler près d'une clepsydre, mais, nous dit-on, Anaxagare de Clazomène, un homme éminent par la possession des plus sublimes connaissances. Aussi, devenu hors pair par son savoir, ses conseils, son éloquence, gouverna-t-il quarante ans les Athéniens à la fois dans la paix et dans la guerre. **139** Et Critias ? et Alcibiade ? Certes ils ne firent pas le bonheur de la cité, mais ils furent à coup sûr instruits et éloquents. Et où s'étaient ils formés ? N'est-ce pas dans les entretiens de Socrate ? Qui orna Dion le Syracusain de tous les genres de connaissance ? Ne fut-ce pas Platon ? Et son maître, non seulement d'éloquence, mais de résolution et de vertu, l'inspira, le pré-

(1) Le sens précis de ce passage est très discuté.

Qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur ut nunc habemus. Non fuit ille quidem ciuibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut litteris doctrinaque praestaret. **138** Quid Pericles ? de cuius *ui* dicendi sic accepimus, ut, cum contra uoluntatem Atheniensium loqueretur pro salute patriae seuerius, tamen id ipsum, quod ille contra populares homines doceret, populare omnibus et iucundum uideretur ; cuius in labris ueteres comici, etiam cum illi male dicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitasse dixerunt tantamque in eodem uim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, uir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, XL annis praefuit Athenis et urbanis eodem tempore et bellicis rebus. **139** Quid Critias ? quid Alcibiades ? ciuitatibus quidem suis non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi ? Quis Dionem Syracosium doctrinis omnibus expoliuit ? non Plato ? atque eum idem ille non linguae solum, uerum etiam animi ac uirtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armauit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis

138 ui dicendi *codd. aliquot dett. :* dicendi copia *VOP* dicendi *AEH* ‖ cum contra *VOP :* contra *AEH* ‖ doceret *AEH :* dic — *VOP* ‖ labris *VOP :* libris *AEH* ‖ mentibus *cet. :* mentes *O* ‖ eodem *AEH :* eo *VOP* ‖ declamator *AEH :* clam — *VOP* ‖ aliquis *cet. :* aliqui *AEO* ‖ maximarum *cet. :* maxima *H* ‖ annis *AEH :* annos *VOP*.

139 quidem suis *AEH :* s. q. *VOP*.

para, l'arma pour la délivrance de sa patrie. Ces leçons que Platon donna à Dion furent-elles, au reste, différentes de celles qu'Isocrate donna à Timothée, cet homme si célèbre, fils du grand général Conon, lui-même général de premier ordre en même temps qu'homme très instruit, ou de celles que Lysis, célèbre pythagoricien, donna au Thébain Epaminondas, peut-être le plus grand homme vraiment de tous les Grecs, ou Xénophon à Agèsilas, ou Philolaos à Archytas de Tarente, ou Pylthagore lui même à toute cette vieille Grèce italienne qui s'appela autrefois la Grande-Grèce ? Pour ma part je ne le pense pas.

XXXV. **140** « Je vois en effet qu'il y avait, on peut dire, un seul enseignement, pour l'homme qui voulait orner son esprit et pour celui qui voulait se distinguer en politique ; si l'on avait reçu cet enseignement, si, de plus, l'on apportait un heureux débit et que les dispositions naturelles ne fissent pas obstacle à la pratique de l'art oratoire, on excellait dans l'éloquence. **141** Aussi Aristote lui-même, témoin du succès d'Isocrate, qui, en renonçant aux discussions sur des sujets judiciaires et politiques pour s'appliquer à l'élégance de la forme, sans s'occuper du fond, attirait à lui l'élite des élèves, Aristote changea tout à coup presque entièrement sa méthode d'enseignement et modifia légèrement un vers de *Philoctète*. Le héros disait qu'il avait honte de se taire et de laisser parler les barbares ; Aristote disait : de laisser parler Isocrate. Il donna donc plus de brillant, plus d'éclat à tout son enseignement ; à l'étude théorique des choses il joignit la pratique de l'éloquence. Ce mérite ne resta pas ignoré de Philippe, ce roi si éclairé, qui appela Aristote auprès d'Alexandre, son fils, pour que ce prince apprît de lui en même temps à bien faire et à bien parler.

142 « Maintenant, à ce philosophe qui nous rend maîtres du fond et de la forme, qu'on donne, si l'on veut,

Isocrates clarissimum uirum Timotheum, Cononis praestantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum ? aut aliis Pythagorius ille Lysis Thebanum Epaminondam, haut scio an summum uirum unum omnis Graeciae ? aut Xenophon Agelisaum ? aut Philolaus Archytam Tarentinum ? aut ipse Pythagoras totam illam ueterem Italiae Graeciam, quae quondam magna uocitata est ? Equidem non arbitror.

XXXV. **140** Sic enim uideo, unam quandam omnium rerum, quae essent homine erudito dignae, atque eo, qui in re publica uellet excellere, fuisse doctrinam ; quam qui accepissent, si eidem ingenio ad pronmuntiandum ualuissent et se ad dicendum quoque non repugnante natura dedissent, eloquentia praestitisse. **141** Itaque ipse Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum uideret, quod [ipse] suas disputationes a causis forensibus et ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutauit repente totam formam prope disciplinae suae uersumque quendam Philoctetae paulo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere, cum barbaros, hic autem, cum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornauit et illustrauit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque uero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem

139 Graeciam *VOP :* Graeciae *AEH.*

141 suas *Friedrich :* ipse suas *codd.* is suas *Piderit* ‖ dixit *AEH :* dixit de Philocteta *VOP* ‖ barbaros *AEH :* — ris *VOP* ‖ pateretur *VOP :* — mur *AEH* ‖ ornauit *AEHO*^{2} *:* arm — *cet.* ‖ Neque *VO :* nec *P* ne *AEH.*

le nom d'orateur, j'y consens, ou, si on le préfère, qu'on donne le nom de philosophe à l'orateur dont nous parlons et qui possède la sagesse unie à l'éloquence, je n'y contredirai pas ; mais établissons bien un point : la faiblesse de la parole, chez l'homme qui possède des idées, mais est incapable de les développer en paroles, n'est pas plus digne de louanges que la faiblesse des connaissances chez l'autre, qui n'a pas d'idées, mais trouve des mots en abondance ; et s'il fallait choisir, j'aimerais mieux les lumières sans facilité de parole que le bavardage avec la sottise. **143** Mais cherchons-nous ce qui doit l'emporter sans contredit : la palme sera pour l'orateur doublé d'un homme instruit. Qu'on permette de le compter parmi les philosophes, et il n'y a plus de discussion. Si l'on sépare au contraire le philosophe et l'orateur, le philosophe n'aura pas l'avantage ; car l'orateur parfait possède toute la science des philosophes, alors que les philosophes, avec tout leur savoir, ne possèdent pas nécessairement l'éloquence. Ils ont beau la mépriser ; c'est elle néanmoins qui semble bien couronner, en quelque sorte, l'édifice de leurs connaissances. »

Après ces mots, Crassus se tut un instant.

Après la digression de Crassus, transition pour revenir au sujet principal, les ornements du discours (144-147)

XXXVI. **144** « En vérité, Crassus, dit alors Cotta, je ne puis me plaindre de ce développement où il me semble bien que tu as parlé d'autre chose que du sujet proposé ; tu as en effet apporté un peu plus que la part que nous t'avions fixée, que le témoignage que nous t'avions demandé. Ton rôle était de nous parler des moyens de donner de l'éclat au discours ; déjà même tu avais abordé la question et réparti sous quatre chefs les différentes qualités du style ; après nous avoir parlé des deux pre-

accierit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta et eloquendi.

142 Nunc siue qui uolet eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, philosophum appellare malet, non impediam, dummodo hoc constet, neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non suppetat, uerba non desint, esse laudandam; quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem. **143** Si quaerimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est; quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controuersia est. Sin eos diiungent, hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; quae quanquam contempnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre uideatur.

Haec cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit [et ceteris silentium fuit].

XXXVI. **144** Tum Cotta : Equidem, inquit, Crasse,

141 agendi *om. AEH.*

142 malet *A :* mallet *E* malit *cet.* ‖ modo hoc —loquacem *habet* GELL. 1, 15, 6 ‖ modo hoc — laudandam *habet* NON. *p.* 56 *M.* ‖ dummodo *cet. :* modo NON. ‖ norit *cet. :* nouit O^1P nouerit *NON.* ‖ non suppetat *AE :* non suppetit *VOP* non suppeditet NON. suppetat *H* ‖ stultitiam loquacem *codd. :* stultam loquacitatem GELL.

143 si quaerimus *AEH :* sin q. *VOP* ‖ docto *VOP :* doctoribus *VOP* ‖ diiungent *AEH*^{1} *:* disi — *cet.* ‖ quamquam *AEH :* quamuis *VOP* ‖ eis *AEH :* his *VOP* ‖ ipse *AEH :* et ipse *VOP* ‖ et ceteris — fuit *secl. Friedrich* ‖ et ceteris *AEH :* et a c. *VOP.*

mières de façon suffisante pour nous, mais, selon toi (1), rapide et étriquée, il t'en restait deux, les ornements de l'élocution, puis sa convenance au sujet. **145** Déjà tu abordais ces points, lorsque je ne sais quel flot bouillonnant de ton génie, t'écartant brusquement du rivage, t'a lancé en pleine mer, où tous les regards avaient peine à te suivre. Cette universalité de connaissances, que tu as embrassée, tu n'as pu en effet la développer sous nos yeux ; le temps, pour cela, était trop court. Je ne puis dire l'impression que tu as produite sur les autres interlocuteurs ; mais moi, tu m'as jeté entièrement dans les bras de l'Académie (2). Je voudrais fort, comme tu l'as souvent établi (3), qu'il ne fût pas nécessaire d'y consacrer sa vie entière et qu'on pût pénétrer d'un coup d'œil tout ce qu'elle contient ; mais, quand même je devrais y trouver quelques difficultés ou si mon intelligence est un peu lente, je suis décidé à n'avoir ni repos ni relâche que je n'aie saisi la méthode et les procédés à deux faces de ces philosophes pour soutenir le pour et le contre sur chaque question ».

146 César dit alors : « Une chose, Crassus, m'a surtout frappé dans ce que tu viens de dire. Tu as assuré que l'homme qui n'apprend pas promptement ne peut jamais apprendre à fond (4). Il m'en coûte donc peu d'essayer, car ou je posséderai aussitôt ces connaissances que tes paroles ont portées aux nues, ou, si je n'y réussis pas, je n'irai pas perdre mon temps, puisqu'aussi bien je puis me contenter de notre bagage à nous autres Romains (5).

(1) § 52.

(2) Allusion aux tendances académiques de *Cotta* ou plutôt à ces *politici philosophi* du § 120 qui, sur chaque question, discutaient le pour et le contre.

(3) §§ 86 et 123.

(4) Voir § 89.

(5) Aux théories des Grecs, il oppose les connaissances pratiques et le bon sens des Romains.

non possum queri quod mihi uideare aliud quiddam et id quod non susceperis disputasse ; plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat attributum a nobis ac denuntiatum ; sed certe ut eae partes fuerunt tuae, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partis omnem orationis laudem discripseras, cum de duabus primis nobis quidem satis, sed ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi relicuas feceras, quem ad modum primum ornate, dein etiam apte diceremus, **145** quo cum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingeni tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit. Omnem enim rerum scientiam complexus non tu quidem eam nobis tradidisti, neque enim fuit tam exigui temporis ; sed apud hos quid profeceris nescio, me quidem in Academiam totum compulisti. In qua uelim sit illud, quod saepe posuisti, ut non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit ; sed etiam si est aliquando spissius aut si ego sum tardior, profecto numquam conquisecam neque defetigabor ante quam illorum ancipitis uias rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi percepero.

144 id quod non *H :* q. non id *AE* non id q. *VOP* ‖ erat *AEH :* esset *VOP* ‖ attributum *LVP :* trib — *cet.* ‖ ac denuntiatum *om. AEH* ‖ ut eae *AEH :* eae *VOP* ‖ fuerunt tuae *AEH :* fuerant de *VOP* ‖ eras *VOP :* erat *AEH* ‖ orationis *VOP :* — nem *AEH* ‖ discripseras *A :* des — *cet.* ‖ cum de duabus *vulg. :* cumque d. *AEH* cumque de d. *VOP* ‖ dicebas *om. AEH* ‖ dein *LV :* deinde *cet.*
145 repente te *VOP :* repente *AEH* ‖ non tu *VOP :* non *AEH* ‖ Academiam *VOP :* — ia *AEH* ‖ totum *om. VO*^{1}*P* ‖ possit *VOP* posset *AEH* ‖ aliquando *AEH :* — to *VOP* ‖ rationesque *AEH :* rationis *VOP*.

— **147** Pour moi, reprit Sulpicius, je n'ai besoin, Crassus, ni de ton Aristote, ni de Carnéade, ni d'aucun philosophe, dusses-tu supposer que je désespère de réussir à apprendre à fond ce qu'ils enseignent, ou, ce que je fais, que je les dédaigne. En ce qui me concerne, la pratique courante du barreau et des questions juridiques les plus communes me suffit pour m'élever au degré d'éloquence où je vise ; encore, dans ce domaine, me reste t-il beaucoup de choses à savoir; je m'en instruis, lorsque j'y suis obligé par une cause dont je suis chargé. Donc, si d'aventure tu n'es pas trop fatigué et si nous ne te sommes pas importuns, reviens à ce qui concerne la beauté et l'éclat de l'élocution considérée en elle-même. Quand j'ai désiré t'entendre sur ce point, c'était, non pour désespérer de réussir à être éloquent, mais pour acquérir quelques nouvelles connaissances.

Grandes divisions des ornements du discours (148)

XXXVII. **148** Crassus répondit : « Ce sont des choses bien connues que tu me demandes, Sulpicius, et que tu n'ignores pas. Qui, sur ce sujet, n'a pas donné de leçons, établi de règles, écrit même des traités ? Je me conformerai cependant à ton désir et je t'exposerai en peu de mots exactement ce que, moi, je sais sur la question, tout en vous donnant nettement le conseil de vous reporter aux garants et aux inventeurs de ces règles (1), bien minutieuses à vrai dire.

149 « Eh bien ! tout discours est composé de mots ; il nous faut voir comment on doit les employer, d'abord isolément (2), puis groupés (3), car il y a un ornement du

(1) Cicéron pense certainement à des écrivains grecs. Car nous ne connaissons pas de Latin, antérieur à Crassus, qui ait traité de cette question.

(2) C'est l'objet des §§ 152-170.

(3) Ce point est traité à partir du § 172.

146 Tum Caesar : Vnum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, commouit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, umquam omnino posse perdiscere, ut mihi non sit difficile periclitari et aut statim percipere ista, quae tu uerbis ad caelum extulisti, aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen his nostris possim esse contentus.

147 Hic Sulpicius : Ego uero, inquit, Crasse, neque Aristotelem istum neque Carneadem nec philosophorum quemquam desidero, uel me licet existimes desperare ista posse perdiscere, uel, id quod facio, contemnere. Mihi rerum forensium et communium uolgaris haec cognitio satis magna est ad eam quam specto eloquentiam ; ex qua ipsa tamen permulta nescio, quae tum denique, cum causa aliqua, quae a me dicenda est, desiderat, quaero. Quam ob rem, nisi forte es iam defessus et si tibi non graues sumus, refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent ; quae ego ex te audire uolui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

XXXVII. **148** Tum Crassus : Peruolgatas res requiris, inquit, et tibi non incognitas, Sulpici. Quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non scriptum etiam reliquit ? Sed geram morem et ea dumtaxat, quae mihi nota sunt, breuiter exponam tibi ; censebo tamen ad

146 si non *VOP :* **si** *AEH.*
147 desperare *cet. :* desiderare LVO^1P^1 ‖ ista posse AE^2H *:* p. i. *VOP* ‖ uel id *VOP :* ut id *AEH* ‖ ob rem *VOP :* omnem *AEH* ‖ **ut desperarem** $AEHP^2$ *:* **ut non d.** *cet.*
148 scriptum etiam *AH :* **e. s.** *cet.*

style qui se trouve dans les mots pris isolément, un autre qui naît de leur arrangement et de leur groupement dans une phrase.

Les mots considérés isolément (149-170)

« Ces mots dont nous nous servirons sont ou bien les termes propres, déterminés par la nature de l'objet et presque nés (1) avec lui, ou bien ceux qui sont transportés du sens propre au sens figuré et qui se trouvent comme dans une place d'emprunt (2), ou bien que nous créons et fabriquons nous-mêmes.

150 « S'agit-il des mots propres (3) ? Le mérite de l'orateur est d'éviter ceux qui sont triviaux et usés (4), pour employer des termes choisis et brillants, qui semblent pleins en quelque sorte et sonores. C'est dire que, dans cette catégorie de mots propres, il faut faire une sorte de choix, qui sera réglé en prenant l'oreille pour juge, si j'ose dire. A cet égard l'habitude de bien parler est aussi d'un grand secours. **151** Aussi lorsque des profanes disent d'un orateur, comme il arrive souvent : « Celui-ci s'exprime en termes justes » ou : « Tel autre ne s'exprime pas en termes justes », ce n'est pas une opinion réfléchie, fondée sur des règles, mais un jugement dicté en quelque sorte par un sentiment tout naturel. Ici ce n'est pas un grand titre de gloire (5) que d'éviter la faute, bien que ce soit un grand point ; toutefois le sol, pour ainsi dire, et les fondations (6), c'est l'usage facile des mots justes. **152** Que sera l'édifice même bâti par l'orateur et que

(1) Dans les *Partitiones*, Cicéron les appelle *nativa*.
(2) Les métaphores.
(3) « Nouvelle décomposition de l'idée : Crassus prend la première catégorie de mots, les mots propres, et indique les qualités qu'ils doivent avoir ». (Pichon).
(4) Ils sont usés à force de servir.
(5) Cf. *Brutus* 140.
(6) Dans le *Brutus* 273, Cicéron se sert des mêmes expressions pour rendre la même idée.

eos, qui auctores et inuentores sunt harum sane minutarum rerum, reuertendum.

149 Omnis igitur oratio conficitur ex uerbis, quorum primum nobis ratio simpliciter uidenda est, deinde coniuncte. Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis uerbis est, alius, qui ex continuatis coniunctisque constat.

Ergo utimur uerbis aut iis, quae propria sunt et certa quasi uocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis, aut iis, quae transferuntur et quasi alieno in loco conlocantur, aut iis, quae nouamus et facimus ipsi.

150 In propriis igitur est uerbis illa laus oratoris, ut abiecta et obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse uideatur. Scilicet in hoc uerborum genere propriorum dilectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est ; in quo consuetudo etiam bene loquendi ualet plurimum. **151** Itaque hoc, quod uolgo de oratoribus ab imperitis dici solet ; Bonis hic uerbis, aut : Aliquis non bonis utitur, non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur ; in quo non magna laus est uitare uitium — quamquam est

149 *Deficit E et in A altera recentior manus pergit (A²)* ‖ coniuncte *VOP :* — ta A^2H ‖ continuatis *VOP :* extenuatis A^2H ‖ coniunctisque *VOP :* coniunctis A^2H ‖ utimur A^2H *:* utemur *VOP.*

150 *habet* IVLIVS VICTOR *H* 431, 27 *sqq.* ‖ In propriis igitur est uerbis *VOP :* in p. i. est A^2H in u. p. VICT. ‖ oratoris *om.* VICT. ‖ et obsoleta H^1 *:* aut A^2H^2 atque o. *VOP* VICT. ‖ fugiat *codd. :* fugiantur VICT. ‖ lectis *codd. :* electis VICT. ‖ inesse A^2H VICT. *:* esse *VOP* ‖ scilicet *Stangl :* sed *codd.* VICT. ‖ dilectus *VOP :* del — A^2H ‖ ponderandus est A^2H VICT. *:* p. *VOP* ‖ ualet plurimum *codd. :* p. u. VICT.

151 Itaque A^2H *:* etiam *VOP* ‖ hic A^2H *:* is *VOP.*

son art embellira, voilà, semble-t-il, ce que je dois chercher et expliquer.

XXXVIII. « Donc les mots isolés peuvent fournir à l'orateur trois moyens de jeter sur le style (1) de l'éclat et de l'élégance, à savoir d'employer un mot inusité, un mot nouveau, un mot pris métaphoriquement.

153 « Les mots inusités sont en général des termes archaïques, vieillis, et, par cela même, depuis longtemps sortis de l'usage habituel ; l'emploi en est permis aux poètes plus facilement qu'à nous, à cause des libertés qu'on leur passe ; toutefois, de loin en loin, même en prose, un mot poétique donne un caractère de noblesse. Ainsi je ne craindrais pas de dire, avec Célius (2) : Qua *tempestate Poenus in Italiam uenit* (3), de me servir des mots *proles*, *suboles*, *fari*, *nuncupare* (4), ou d'employer avec toi, Catulus, *non rebar*, *opinabar*, et beaucoup d'autres termes, qui, placés à propos, semblent souvent communiquer au style un air de grandeur et d'antiquité.

154 « Les mots nouveaux sont ceux que crée et fabrique l'orateur lui-même, ou bien qui sont formés par la réunion de plusieurs mots. Exemples (5) :

Tum pauor sapientiam omnem mi exanimato expectorat.
An non nouisti huius uersutiloquas malitias...

Vous voyez que *uersutiloquas* et *expectorat* sont formés

(1) Je n'ai pu rendre le rapprochement *oratio — orator*.

(2) Il s'agit de Célius Antipater, le premier qui ait donné à l'histoire romaine une forme oratoire. Un peu plus loin (§ 157), Crassus cite comme exemple d'emploi de termes archaïques plusieurs expressions tirées de son histoire.

(3) Quintilien, traitant le même sujet, dit de *fari* et de *nuncupare*, qu'on y revient forcément de temps en temps (8, 3, 27).

(4) *Rebar* est précisément employé par Catulus au § 82. Quintilien déclare ce mot *horridus* (*Inst. Or.*, 8, 3, 26).

(5) Le premier vers est un septénaire trochaïque, le deuxième un sénaire iambique.

magnum —, uerum tamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, uerborum usus et copia bonorum. **152** Sed quid ipse aedificet orator et in quo adiungat artem, id esse nobis quaerendum atque explicandum uidetur.

XXXVIII. Tria sunt igitur in uerbo simplici, quae orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum uerbum aut nouatum aut tralatum.

153 Inusitata sunt prisca fere ac uetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae ; sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod uerbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, ut Coelius : « Qua tempestate Poenus in Italiam uenit », nec « prolem » aut « subolem » aut « effari » aut « nuncupari », aut, ut tu soles, Catule ,« non rebar » aut « opinabar », aut alia multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio saepe uideri solet.

154 Nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis, ut haec :

Tum pauor sapientiam omnem mi exanimato expectorat.
Num non uis huius me uersutiloquas malitias...

151 tamen A^2H : iam in *VOP* ‖ fundamentum est A^2H : f. *VOP* ‖ uerborum A^2H : uerum *VOP*.
152 atque explicandum *om.* A^2H ‖ sunt igitur *cet.* : sunt *H*.
153 ac uetustate A^2 : ac uetusta *H* uctusta et *VP* ac uetusta et *O* ‖ intermissa quae sunt A^2H : quae s. i. *VOP* ‖ licentiae A^2H : — ia *VOP* ‖ nostrae H^2 : nostra *cet.* ‖ poeticum *cet.* : poetae cum A^2 ‖ effari *codd.* : fari QVINT. 8, 3, 27 ‖ nuncupari *codd.* : — re QVINT. *ibid.* ‖ rebar *VOP* : uerebar A^2H ‖ aut alia A^2H : et a. *VOP*.
154 Tum — expectorat *cf. Ribb. trag.*[3] ENNII *Alcumeo* II ‖ mi A^2 : mihi *cet.* ‖ exanimato *om. H* ‖ Num uerba *habet* NON. *p.* 189 *M* ‖ Num — malitias *cf. Ribb. trag*[3]. *inc. inc.* LXII.

par la réunion d'autres mots et non pas nés directement ; mais souvent, même sans réunir des mots, on crée des mots nouveaux, telle cette expression bien connue *senius* (1) *diesertus*, ou *di genitales* et *bacarum ubertate incurvescere* (2).

155 « Le dernier groupe, le troisième (3), celui des métaphores, a un domaine très vaste. Il a dû sa naissance à la nécessité, sous la contrainte du besoin et de la pauvreté, puis l'agrément et le plaisir l'étendit. De même que les vêtements, imaginés pour préserver du froid, en vinrent peu à peu, dans la suite, à donner au corps plus d'élégance aussi et de noblesse, ainsi la métaphore, créée par besoin, fut répandue parce qu'elle plaisait. Car « la vigne pousse des pierres précieuses (4), les ombrages luxuriants, les riantes moissons », autant d'expressions (5) employées même par des paysans. L'expression propre a peine à bien exprimer la chose ; au contraire l'expression métaphorique éclaire ce que nous voulons faire comprendre et cela grâce à la comparaison avec l'objet, exprimée au moyen d'un mot qui n'est pas le mot propre. **156** Donc ces métaphores sont des espèces d'emprunts, grâce auxquels nous prenons ailleurs ce qui nous manque. Il en est d'autres un peu plus hardies, qui ne sont pas une preuve d'indigence, mais ajoutent un certain éclat au discours. Ai-je besoin, moi, de vous indiquer, à vous, la manière de les trouver ou leurs divers genres ?

(1) On ne trouve pas trace ailleurs de ce mot, sauf peut-être dans un vers de l'*Eunuque* de Térence.

(2) Fragment de vers emprunté sans doute aux *Euménides* d'Ennius. On trouve le passage complet dans les *Tusculanes* 1, 69.

(3) Cicéron y insiste, parce que l'emploi de la métaphore est bien plus étendu que celui des deux autres procédés.

(4) Ce sont les bourgeons qui sont comparés à des pierres précieuses. Dans l'*Orator* § 81, Cicéron cite encore cet exemple de métaphores employées dans le langage courant.

(5) On sait que la dernière figure au vers 1 du Livre I des *Géorgiques*.

uidetis enim et « uersutiloquas » et « expectorat » ex coniunctione facta esse uerba, non nata ; sed saepe uel sine coniunctione uerba nouantur, ut ille « senius desertus », ut « di genitales », ut « bacarum ubertate incuruescere ».

155 Tertius ille modus transferendi uerbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem delectatio iucunditasque celebrauit. Nam ut uestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic uerbi tralatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. Nam « gemmare uitis, luxuriem esse in herbis, laetas segetes » etiam rustici dicunt. Quod enim declarari uix uerbo proprio potest, id tralato cum est dictum, illustrat id quod intellegi uolumus, eius rei, quam alieno uerbo posuimus, similitudo. **156** Ergo hae tralationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas ; illae paulo audaciores, quae non inopiam uindicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt, quarum ego quid uobis aut inueniendi rationem aut genera ponam ?

154 uersutiloquas malitias *habet* TVLL. *Orator* 164 || sed saepe A^2H : uel s. *VOP* || senius A^2H : sensus *VOP* || di A^2H : uidi *VOP* || ut bacarum ubertate incuruescere *habet* TVLL. *Tusc. D.* 1, 67 *et* NON. *p.* 122 *M* || bacarum *VOP* NON. : uac — A^2H.

155 late — tralata *habet* IVLIVS VICTOR *H* 431, 36 *sqq.* || uerbi late *VOP* : ueritate A^2H || coacta *VOP* : acta A^2H || angustiis $VOPH^2$: — tis A^2H || delectatio iucunditasque *VOP* VICT. : iuc. delectationeque A^2H || adhiberi A^2H VICT. : haberi *VOP* || frequentata *VOP* VICT. : — tia A^2H || luxuriem esse in herbis *codd.* : luxuriare messes VICT. || declarari A^2H : — re *VOP*.

156 hae *cet.* : haec A^2 || arcessunt *LVO* : accersunt *OP* arcesserunt A^2H.

XXXIX. **157** « Dans tous les cas la métaphore doit être employée pour donner plus d'éclat, comme dans tout le passage suivant (1) :

« La mer se hérisse ; les ténèbres redoublent ; la nuit, les nuées sont noires au point que tous se croient aveugles ; une flamme étincelle dans la nue ; le ciel tremble partout sous les coups du tonnerre ; des torrents de grêle et de pluie tombent soudain à flots précipités ; de tous les points de l'horizon tous les vents s'élancent impétueux, se déchaînent en tourbillons furieux ; une terrible agitation fait bouillonner la mer ».

« Presque tout, pour prendre plus d'éclat, est transporté, au moyen de comparaisons, du sens propre au figuré. **158** La métaphore exprime également (2) avec plus de relief toute l'idée, qu'il s'agisse d'un fait ou d'une intention. Ainsi pour peindre un homme qui dissimule à dessein, afin qu'on ne puisse comprendre sa conduite, un personnage emploie deux expressions (3) que la comparaison même transporte du sens propre au sens figuré : « puisqu'il s'enveloppe dans ses discours, s'y retranche avec soin dans la ruse ».

« Quelquefois aussi (4) c'est à la concision que permet d'atteindre la métaphore, comme dans l'expression bien connue : « Si le trait a fui de la main ». L'action de laisser échapper un trait par mégarde n'aurait pu être exprimée par les termes propres avec plus de concision que par une seule expression métaphorique la rendant sensible.

159 « Et, à ce propos, je me demande bien souvent avec étonnement pourquoi les termes métaphoriques et

(1) Passage de Pacuvius, que Cicéron cite en partie dans le *de Divinatione* I 24. Dans sa première édition des Fragments des tragiques latins, Ribbeck l'attribuait au *Doulorestes* de ce poète ; dans les éditions suivantes, il le range parmi les morceaux provenant d'une pièce qu'on ne peut déterminer.

(2) C'est le second cas où l'on peut employer avec profit une expression métaphorique.

(3) « S'enveloppe » et « se retranche ».

(4) Troisième cas où se recommande l'emploi de la métaphore à propos des métaphores employées pour abréger.

XXXIX. **157** [Similitudinis est ad verbum unum contracta breuitas, quod uerbum in alieno loco tamquam in suo positum, si agnoscitur, delectat ; si simile nihil habet, repudiatur]. Sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia :

Inhorrescit mare,
Tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbum occaecat nigror,
Flamma inter nubes coruscat, caelum tonitru contremit,
Grando mixta imbri largifico subita praecipitans cadit,
Vndique omnes uenti erumpunt, saeui existunt turbines ;
Feruit aestu pelagus —

omnia fere, quo essent clariora, tralatis per similitudinem uerbis dicta sunt, **158** aut quo significetur magis res tota siue facti alicuius siue consili, ut ille, qui occultantem consulto, ne id quod ageretur intellegi posset, duobus tralatis uerbis similitudine ipsa indicat :

Quando quidem is *se* circumuestit dictis, saepit se dolo.

Non numquam etiam breuitas tralatione conficitur, ut illud « Si telum manu fugit ». Imprudentia teli missi breuius propriis uerbis exponi non potuit, quam est uno significata tralato.

157 Similitudinis — repudiatur *secl. Sorof* ‖ agnoscitur A^2H : — cetur *VOP* ‖ si simile *VOP* : simile A^2H ‖ ea tamen *(sic)* transferri — rem *habet* IVLIVS VICT. 432, 1 *sq.* ‖ inhorrescit — pelagus, *cf. Ribb. trag.*[3] *p.* 153 ‖ inhorrescit mare *habet* IVLIVS VICT. *ibid.* ‖ Tenebrae A^2H : et t. *VOP* ‖ feruet aestu pelagus *habet* IVLIVS VICT. *ibid.* ‖ feruit A^2H : feruet *VOP* VICT. **158** ille A^2H : illi *VOP* ‖ Quandoquidem — dolo *cf. Ribb. trag* [3] PACVVII *inc.* XLV ‖ quidem *cet.* : quid O^2 ‖ is se *Pearce* : iste *codd.* ‖ se dolo *Osann* : sedulo *codd.* ‖ Non numquam — exponi *habet* IVLIVS VICTOR *H.* 432, 3 *sqq.* ‖ ut illud si *codd.* : si VICT. : ‖ si — fugit *cf. Topica* 64 ‖ imprudentia *codd.* : i. enim VICT. ‖ missi A^2H : emissi *VOP* VICT. ‖ breuius propriis uerbis exponi *codd.* : p. u. exponi breuius VICT.

empruntés plaisent toujours plus que les termes propres et appartenant exclusivement à l'objet. XL. Car si, pour être désigné, il n'a pas de mot lui appartenant exclusivement, pas de dénomination propre, comme « pied » (1) dans un navire « obligation » (2), pour tout acte où paraît la balance (3), « divorce » (4) d'avec l'épouse, il faut bien, par nécessité, emprunter ailleurs ce qui nous manque, mais, lors même que la langue fournit une grande abondance de mots appartenant exclusivement à un objet, les expressions empruntées plaisent bien davantage, pourvu que leur emploi figuré soit fait avec goût. **160** En voici, je crois, les raisons. C'est, en quelque sorte, une preuve de force d'invention que de sauter pardessus ce qui est à nos pieds et d'aller chercher bien loin ce qu'on veut retenir. Ou bien encore la pensée de l'auditeur est conduite vers un autre objet et cependant ne s'égare pas, ce qui est le plaisir le plus charmant. Ajoutez que, dans chaque mot, se trouve résumée toute l'idée et la comparaison qu'on en fait. Enfin les métaphores, celles au moins qui sont faites avec goût, s'adressent directement à nos sens, et particulièrement aux yeux, le plus pénétrant des sens. **161** « Le parfum » de l'urbanité, « la délicatesse » des manières, « le grondement » de la mer, « la douceur » du langage, sont des images empruntées aux autres sens ; mais celles qui s'adressent aux yeux sont bien plus pénétrantes, parce qu'elles rendent pour ainsi dire visible à l'esprit ce que nous ne pouvons distinguer et voir. Car, dans la nature, il n'y a

(1) L'écoute placée au bas de la voile et permettant de la carguer ou de la larguer.

(2) Se dit de toutes les opérations par lesquelles un homme est lié (*nexus*, de *nectere*), dette, contrat, etc.

(3) Le prêt primitif suppose l'emploi, en présence de témoins, de la balance (*libra*) pour peser l'argent prêté.

(4) Proprement ce mot désigne un faîte du haut duquel les eaux s'écoulent de côtés opposés.

159 Hoc in genere persaepe mihi admirandum uidetur quid sit, quod omnes tralatis et alienis magis delectentur uerbis quam propriis et suis. XL Nam si res suum nomen et uocabulum proprium non habet, ut « pes » in naui, ut « nexum » quod per libram agitur, ut in uxore « diuortium », necessitas cogit quod non habeas aliunde sumere ; sed in suorum uerborum maxima copia tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione tralata, delectant. **160** Id accidere credo uel quod ingeni specimen est quiddam transilire ante pedes positum et alia longe repetita sumere ; uel quod is qui audit alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio ; uel quod in singulis uerbis res ac totum simile conficitur ; uel quod omnis tralatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admouetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. **161** Nam et « odor » urbanitatis et « mollitudo » humanitatis et « murmur » maris et « dulcitudo » orationis sunt ducta a ceteris sensibus ; illa uero oculorum multo acriora, quae paene ponunt in conspectu animi quae cernere et uidere non possumus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus

159 Hoc in A^2H : atque hoc in *VOP* ‖ delectentur A^2H : — tantur *VOP* ‖ quam propriis *om. H* ‖ uocabulum proprium A^2H : p. u. *VOP* ‖ pes *VO* : spes *cet.* ‖ in naui *cet.* : ignaui *P* ‖ copia tamen A^2 : t. c. *H* t. inopia *VOP*.

160 quiddam A^2H : quoddam *VOP* ‖ positum et *H* : positae A^2 posita et *VOP* ‖ quod in A^2H : quod *VOP* ‖ conficitur *L* : c. maxime A^2H c. maximeque ad *VOP*.

161 orationis *VOP* : rat — A^2H ‖ paene ponunt A^2H : possunt paene *VOP* ‖ cuius *VOP* : atque huius A^2H ‖ possimus *VOP*^{2} : possumus A^2HP^1.

pas d'objet dont l'appellation et le nom ne puissent être transportés à un autre. En effet, tout objet où l'on peut prendre un terme de comparaison (et c'est le cas de tous), fournit en même temps un mot qui, résumant la comparaison et pris métaphoriquement, jette de l'éclat sur le style.

162 « En cette matière, il faut tout d'abord éviter l'inexactitude de la comparaison, comme dans « le cintre immense du ciel ». Ennius a beau avoir mis à la scène (1), selon l'expression courante (2), le mot sphère ; la comparaison avec un cintre ne saurait s'appliquer à la sphère. (3) « Vis, Ulysse, tandis que tu le peux encore. Que pour la dernière fois ton œil ravisse la lumière rayonnante ! » Le poète n'a pas dit « prenne, cherche à atteindre » (ces mots impliqueraient quelque délai, quelque espoir de vivre plus longtemps) (4) ; il a dit « ravisse », ce qui s'accorde avec l'expression qui précède : « tandis que tu le peux encore ».

XLI. **163** « Second défaut à éviter : la comparaison ne doit pas être cherchée trop loin. Plus volontiers que « syrte » (5) d'un patrimoine, je dirais « écueil », plutôt que « Charybde » d'une fortune, « gouffre ». En effet les yeux de l'intelligence se portent plus facilement vers les objets que nous avons vus, que vers ceux dont nous avons entendu parler. Puis, comme le principal mérite des

(1) C'est-à-dire employé couramment.

(2) Les mots latins *ut dicitur* ou *ut dicunt* indiquent qu'il s'agit d'une expression passée en proverbe.

(3) Le vers se trouve complet dans les *Académiques* II 28, 87. Ribbeck le classe dans les pièces dont on ne peut préciser l'auteur ni le titre. D'autres croient ce passage emprunté à l'*Ajax* d'Ennius.

(4) Les mots « tandis que tu le peux encore » semblent indiquer qu'Ulysse n'a plus longtemps à vivre.

(5) Cicéron repousse « syrte », non parce que « syrte » ne correspond pas exactement à « écueil », mais parce que, n'ayant pas vu de syrtes, nous ne nous représentons pas exactement ce que c'est.

uti uocabulo et nomine. Vnde enim simile duci potest — potest autem ex omnibus —, indidem uerbum unum, quod similitudinem continet, tralatum lumen adferet orationi.

162 Quo in genere primum est fugienda dissimilitudo : « Caeli ingentes fornices ». Quamuis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo inesse non potest.

Viue, Vlixes, dum licet ;
Oculis postremum lumen radiatum rape.

Non dixit « pete », non « cape » — haberet enim moram sperantis diutius esse uicturum —, sed « rape ». Est hoc uerbum ad id aptatum, quod ante dixerat, « dum licet ». XLI. **163** Deinde uidendum est ne longe simile sit ductum. « Syrtim » patrimonii scopulum libentius dixerim, « Charybdim » bonorum uoraginem potius. Facilius enim ad ea, quae uisa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam haec uel summa laus est in uerbis transferendis, ut sensum feriat id quod tralatum sit, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audient trahet simili-

161 Vnde *vulg. :* undem A^2H eundem *VOP* ‖ duci potest *VOP :* duci A^2H ‖ indidem *cet. :* unde mihi idem P^1 in idem P^2 inde idem *O* ‖ adferet *H :* adferre *cet. codd.*

162 Viue — rape, *cf. Ribb. trag.*[3] *inc. inc.* XXIV ‖ uiue — licet *habet* TVLLIVS, *Acad.* II 28, 87 ‖ rape *om.* A^2H ‖ pete non cape *vulg. :* pete sed cape A^2H cape non pete *VOP* ‖ uicturum *om.* A^2H ‖ est hoc uerbum *Friedrich :* hoc u. est *VOP* hoc *Ribb.* u. A^2H ‖ aptatum A^2H *:* adeptum *VOP.*

163 mentis *VOP :* eis A^2H ‖ feruntur *VOP :* ferentur A^2H ‖ et quoniam — proprium (164) *cf.* IVLIVS VICT. *H.* 432, 5 *sqq.* ‖ in uerbis transferendis A^2H *:* uerbi transferendi *VOP* uerbi translati VICT. ‖ fugienda est *VOP* VICT.*:* fugienda A^2H ‖ audi ent A^2 *:* audiunt *cet.* VICT. ‖ trahet A^2H VICT. *:* trahit *VOP.*

métaphores est peut-être que l'objet d'où est tirée la métaphore touche les sens, il faut éviter tout objet bas, vers lequel la comparaison porterait l'esprit de nos auditeurs. **164** Je ne veux pas qu'on dise que la république a été « châtrée » par la mort de Scipion l'Africain (1) ; je ne veux pas qu'on dise de Glaucia (2) qu'il était « l'excrément » du Sénat ; pour exacte que soit la comparaison, dans les deux cas le terme de comparaison évoque une idée basse. Je ne veux pas que celui-ci soit plus relevé que l'idée ne le demande : « la tempête de la débauche », ou qu'il le soit moins : « la débauche (3) de la tempête ». Je ne veux pas que le terme figuré soit moins compréhensif que ne l'aurait été l'autre, le terme propre et s'appliquant exclusivement à l'objet : « Qu'y a-t-il donc, dis-nous ? Pourquoi faire signe de ne pas nous approcher ? » Il eût mieux valu employer : « défendre, empêcher, interdire », puisque l'interlocuteur venait de dire : « Partez tout de suite d'où vous êtes, que mon contact ou mon ombre ne nuise pas aux gens vertueux ».

165 « Craignez-vous que la métaphore ne paraisse un peu forcée, on peut souvent l'atténuer en la faisant précéder d'un mot. Par exemple, si l'on avait dit autrefois que la mort de Caton (4) laissait le Sénat « orphelin », la métaphore aurait été un peu forcée ; au contraire, « pour ainsi dire orphelin » la rendrait un peu moins dure. Il faut en effet que la métaphore soit discrète ; elle doit sembler avoir été amenée en cette place qui ne lui appartient pas et non y avoir fait irruption, être venue non par force, mais sur demande.

(1) Scipion Émilien, le second Africain.

(2) Démagogue, l'un des principaux compagnons de ce Saturninus, que Marius combattit et fit tuer.

(3) Le mot latin qui correspond à « débauche » est un terme de la langue familière.

(4) Caton le Censeur, naturellement, dont l'autorité était grande au Sénat.

ludo. **164** Nolo dici morte Africani « castratam » esse rem publicam ; nolo « stercus curiae » dici Glauciam ; quamuis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse aut maius, quam res postulet : « tempestas comisationis » ; aut minus : « comisatio tempestatis ». Nolo esse uerbum angustius id, quod tralatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum :

Quidnam est, obsecro ? Quid te adirier abnutas ?

melius esset « uetas, prohibes, absterres », quoniam ille dixerat

ilico istic,
Ne contagio mea bonis umbraue obsit...

165 Atque etiam, si uereare ne paulo durior tralatio esse uideatur, mollienda est praeposito saepe uerbo ; ut si olim M. Catone mortuo « pupillum » senatum quis relictum diceret, paulo durius ; sin « ut ita dicam pupillum », aliquanto mitius. Et enim uerecunda esse debet tralatio, ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse, atque ut precario, non ui uenisse uideatur.

166 Modus autem nullus est florentior in singulis

164 dici morte A^2H : m. d. *VOP* ‖ castratam *et* stercus curiae *habet* QVINT. 8, 6, 15 ‖ quam res A^2HL : quam *VOP* ‖ quam fuisset *om.* A^2H ‖ illud *VOP* : illum A^2H ‖ ac *VOP* : ad A^2H ‖ quidnam — abnutas *cf. Ribb. trag.*[3]. ENNII *Thyestes* VIII ‖ Quid *VOP* : quod LA^2H ‖ adirier *Vahlen* : adiri *VOP* abiri A^2H ‖ esset uetas *VOP* : esset ****** ueas A^2 esse tu eas *H* ‖ ilico — obsit *habet* TVLLIVS *Tusc.* 3, 12, 26, *cf. Ribb. trag.*[3] ENNII *Thyestes* VIII ‖ contagio mea *cet.* : contagione a *O* contagione *L.*

165 si uereare — inrupisse *cf.* IVLIVS VICTOR *H.* 432, 12 *sqq.* ‖ praeposito *vulg.* : prop — *VOP* praepositio A^2H ‖ Catone *cet.* : —ni *LVOP* ‖ esse debet A^2H : d. e. *VOP* ‖ inrupisse A^2H VICT. : irruisse *VOP.*

166 *Cf.* IVLIVS VICT. *H* 432, 15 *sqq.*

166 « D'ailleurs, lorsqu'il s'agit des mots considérés seuls, il n'y a pas de procédé plus brillant et qui donne plus d'éclat au style. Il en est bien un autre (1), qui découle de celui-ci, mais il ne porte pas sur un seul mot employé métaphoriquement ; il se trouve dans un groupe de mots formant un tout, qui semblent dire une chose et en font comprendre une autre. Exemple : « Et je ne souffrirai pas que la flotte des Grecs, comme autrefois, heurte un écueil » (2). Ou encore (3): « Erreur, erreur ; tes transports, ta confiance exagérée en toi-même seront retenus par les rênes vigoureuses des lois, qui te feront sentir le joug du commandement ». **167** On prend un terme de comparaison, et, comme je l'ai dit (4), on applique à un autre objet une série de mots qui conviennent au premier. XLII. C'est là un grand ornement du style ; mais il y faut éviter l'obscurité ; car c'est généralement ce genre de figures qui produit ce qu'on appelle les énigmes (5).

« Même la transposition et changement de sens portant sur un mot (6), n'implique pas ce que j'appellerai un travail de modification (7) :

Africa terribili tremit horrida terra tumultu,

(1) L'allégorie.

(2) Ribbeck place ce passage parmi les fragments tragiques dont il se déclare incapable de déterminer l'auteur ni la pièce. D'autres le rattachent au *Chrysés* de Pacuvius.

(3) La source de ces vers est absolument inconnue. En comparant un texte grec, Ribbeck pense qu'ils pourraient être tirés de la *Clytemnestre* d'Accius ; mais c'est une simple conjecture.

(4) § 156.

(5) « Une métaphore trop prolongée touche en effet à l'énigme, et la plupart des obscurités affectées qu'on a tant reprochées aux Précieuses ne sont guère que des métaphores continuées outre mesure. » (Pichon).

(6) La métonymie.

(7) Les exemples suivants, empruntés à Ennius, font bien comprendre la pensée de Cicéron.

uerbis ne*que* qui plus luminis adferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno uerbo tralato, sed ex pluribus continuatis conectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit :

Neque me patiar
Iterum ad unum scopulum ut olim classem Achiuom offendere.

Atque illud :

Erras, erras ; nam exsultantem te et praefidentem tibi
Repriment ualidae legum habenae atque imperi insistent iugo.

167 Sumpta re simili uerba illius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur. XLII. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est ; et enim hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata. [non est autem in uerbo modus hic, sed in oratione, id est in continuatione uerborum].

Ne illa quidem traductio atque immutatio in uerbo quandam fabricationem habet [sed in oratione] :

Africa terribili tremit horrida terra tumultu ;

166 neque qui *Luchs :* nec qui *VOP* que qui A^2 *in marg. et H* quam quae A^2 ‖ adferat *cet. :* — rant A^2 ‖ tralato *VOP :* — tio A^2H ‖ ut *VOP :* aut A^2H ‖ neque me — offendere *cf. Ribb. trag.*^{3} *inc. inc.* LXXIV ‖ patiar A^2HP^2 VICT. *:* patior *VOP* ‖ iterum *om.* A^2H ‖ ut olim *VOP :* et telum A^2H iterum VICT. ‖ classem *codd. :* crasse VICT. ‖ Erras — iugo *Ribbeck trag.*^{3} *inc. inc.* LXVII ‖ erras *semel* A^2H ‖ legum habenae *om. VOP* ‖ praefidentem *LV :* praes — *OP* praesidente A^2H ‖ repriment *cet. :* — munt *O* ‖ imperi insistent iugo *habet* VICT.

167 Cf. IVLIVS VICT. *H* 432, 20 *sqq.* ‖ simili A^2 *:* simili in *VOP* simplici *H* ‖ illius AO^2H *:* eius *VOP* ‖ transferuntur *VOP :* ref — A^2H ‖ hoc fere A^2H *:* ex hoc fere VICT. ex hoc *VOP* ‖ Non est — uerborum *secl.* ‖ sed in oratione *secl. Schuetz* ‖ Africa — tumultu *habet* TVLLIVS *Orator* 97 *et Fam.* 9, 7, 2 ; *cf. Vahlen* p. 46 ‖ terribili *cet. :* — lis A^2H ‖ terra *om. V.*

une création (1) de mot, comme dans *mare saxifragis undis*, ou un emploi métaphorique, comme : « la mer s'adoucit ». Pour relever le style, on met un mot propre à la place d'un autre mot propre : « Cesse, Rome (2), 〈 de craindre 〉 tes ennemis » et : « Témoins ces Vastes Plaines ». Comme ornement du style, ce genre de figure fait beaucoup d'effet et l'on doit l'employer souvent. Dans ce groupe entrent les exemples suivants : « Le Mars (3) de la guerre est le même pour tous », « Cérès » pour « les moissons », « Liber (4) » pour « le vin », « Neptune » pour « la mer », « la curie » pour « le sénat » « le Champ-de-Mars » pour « les comices », « la toge » pour « la paix », « les armes défensives » et « les armes offensives » pour « la guerre ». **168** De même on emploie les noms de vertus et de vices pour désigner une personne chez qui on les trouve : « La maison que le luxe a envahie » « où la cupidité a pénétré » ou bien : « la bonne foi a triomphé, la justice l'a emporté ».

« Vous voyez bien tous les aspects de cette figure, qui, en détournant un mot de son sens (2), et en se servant d'un autre mot (3), exprime la même idée d'une façon plus brillante. Très voisines sont des figures moins brillantes, mais qu'il ne faut pas ignorer ; nous voulons faire entendre le tout en énonçant la partie (quand nous disons, par exemple, « les murs » ou « les toits » pour désigner l'édifice entier), ou la partie en énonçant le tout, (quand, pour un seul escadron, nous disons « la « cavalerie romaine »), ou le pluriel en employant le singulier. « Mais le Romain, même après le succès, est indécis au fond de son cœur », ou le pluriel en employant le

(1) Le mot créé est *saxifragis*.
(2) *Africa* pour *Afri* ou *Roma* pour *Romani*. *Campi magni* est employé au lieu de nom propre.
(3) Pour « la chance ».
(4) Dieu italique correspondant, comme on sait, à Bacchus.

[pro « Afris » est sumpta « Africa »] neque factum est uerbum, ut « mare saxifragis undis », neque tralatum, ut « mollitur mare », sed ornandi causa proprium proprio commutatum.

Desine, Roma, tuos hostis...
Testes sunt Campi magni...

Grauis est modus in ornatu orationis et saepe sumendus ; ex quo genere haec sunt « Martem belli esse communem », « Cererem » pro frugibus, « Liberum » appellare pro uino, « Neptunum » pro mari, « curiam » pro senatu, « campum » pro comitiis, « togam » pro pace, « arma » ac « tela » pro bello ; **168** quo item in genere et uirtutes et uitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur : « Luxuries quam in domum inrupit » et « Quo auaritia penetrauit », aut « Fides ualuit, Iustitia confecit ».

Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo immutatoque uerbo res eadem enuntiatur ornatius ; quoi sunt finituma illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intellegi uolumus aliquid aut ex parte totum, ut pro aedificiis cum « parietes » aut « tecta » dicimus ; aut ex toto partem, ut cum unam turmam « equitatum populi Romani » dicimus ; aut ex uno plures :

167 pro — Africa *secl. Bake* ‖ est uerbum A^2H *:* u. est *VOP* ‖ causa proprium A^2H *:* p. c. *VOP* ‖ Desine — hostis *habet* TVLLIVS *de Fin.* II 106 ‖ Testes-magni *cf.* ENNIVS, *Vahlen,* p. 157 ‖ testes *om.* A^2H.

168 uirtutes et uitia *VOP :* uirtus et uita A^2H ‖ uerbo *om.* A^2H ‖ quoi *Friedrich :* quo A^2H cum *VOP* ‖ cum intellegi — paruo ducimus (§ 169), *cf.* IVLIVS VICT. *H* 432, 25 *sqq.* ‖ aut tecta *cet. :* ac t. A^2 ‖ equitatum A^2H *:* equitum *VOP.*

pluriel : « Nous (1) sommes maintenant citoyen de Rome, après avoir été autrefois habitants de Rudies (2) » ; ou, dans ce genre, un tour quelconque, tel qu'il faille comprendre non ce qui est dit, mais ce qui a été pensé.

XLIII. **169** « Il arrive souvent aussi que nous étendions le sens d'un mot (3) ; cette figure est moins élégante que la métaphore ; si elle est plus hardie, cela ne va pas forcément toujours jusqu'à l'effronterie ; ainsi nous disons « un discours imposant » pour « un long discours » et « un esprit mince » pour « un petit esprit ».

« Mais ne voyez vous pas que les figures dont j'ai parlé tout à l'heure (4) portent non sur un mot, mais sur une phrase, puisque, comme je l'ai indiqué, elles sont formées d'une suite de métaphores ? Par suite, les dernières, dont j'ai montré qu'elles résultent d'un changement (5) ou qu'elles font entendre un autre sens que celui qu'elles semblent exprimer, sont en quelque mesure des métaphores.

170 « Donc, pour les mots pris isolément, toute leur force et leur beauté résulte d'un des trois procédés que voici (6) : terme vieilli, mais que l'usage peut admettre ; terme créé, qu'il s'agisse d'un composé ou d'un mot entièrement nouveau, et ici encore, il faut ménager les oreilles et l'usage ; terme pris métaphoriquement, procédé qui, plus que tous les autres, tranche sur le style et l'éclaire comme par autant d'étoiles.

(1) Ennius parle de lui seul.

(2) Rudies est une toute petite ville de Calabre, à l'intérieur des terres.

(3) La catachrèse.

(4) § 166.

(5) Cf. notes sur les §§ 160 et 161.

(6) Cette conclusion rejoint le début du développement (§ 152). Mais, cette fois, Crassus insiste sur la discrétion qu'il faut montrer dans l'emploi de ces trois procédés.

At Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est
Corde suo trepidat;

aut cum ex pluribus intellegitur unum :

Nos sumus Romani, qui fuuimus ante Rudini;

aut quocumque modo, non ut dictum est, in eo genere intellegitur, sed ut sensum est.

XLIII .169 Abutimur etiam saepe uerbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter ; ut cum « grandem » orationem pro longa, « minutum » animum pro paruo dicimus.

Verum illa uidetisne esse non uerbi sed orationis, quae ex pluribus, ut exposui, tralationibus conexa sunt, haec autem, quae aut immutata esse dixi aut aliter ea intellegenda ac dicerentur, sunt tralata quodam modo.

170 Ita fit ut omnis singulorum uerborum uirtus atque laus tribus existat ex rebus, si aut uetustum uerbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit ; aut factum uel coniunctione uel nouitate, in quo item est auribus consuetudinique parcendum ; aut tralatum, quod maxime tamquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem.

168 at Romanus — trepidat ENNIVS, *Vahlen, p.* 75 ‖ at A^2H : ut *VOP* ‖ nos — Rudini ENNIVS, *Vahlen,* p. 66 ‖ fuuimus *Lambin :* fuimus *codd.*

169 etiam saepe A^2H : s. e. *VOP* ‖ impudenter A^2H : pud. *VOP* ‖ longa A^2H : magna *VOP* ‖ Verum A^2H : uera *VOP* ‖ quae ex *cet. :* cum A^2 ‖ exposui *cet. :* posui *H* ‖ ea *om. VOP.*

170 si aut — possit *habet* NON. *p.* 303 *M* ‖ coniunctione *L et cet. :* continuatione *O.*

Les mots dans la phrase (171-212)

171 « Nous arrivons maintenant à l'art de grouper les mots ; il comprend avant tout deux éléments : l'arrangement, puis en quelque sorte le rythme et le tour harmonieux de la phrase.

a) Leur arrangement (171-172)

« L'arrangement consiste à disposer et à construire les mots, de telle façon qu'ils se joignent sans heurt ni solution de continuité, et même, si j'ose dire, en un assemblage étroit et bien poli. A ce sujet, Lucilius, qui savait si finement manier la plaisanterie, en a mis une dans la bouche de mon beau-père (1) ; « O les phonèmes (2) bien rangés, comme les pièces placées avec art dans une mosaïque et dans une marqueterie (3) ». Après avoir ainsi raillé Albucius, il ne m'épargna pas davantage : « J'ai pour gendre Crassus ; ne sois donc pas trop fier de la rhétorique ». Eh bien, ce Crassus, puisque tu (4) le désignes par son nom, que fait-il donc ? Ce que l'on a dit plus haut, à savoir ce que Scévola voulait qu'on fît et ce que j'aurais voulu faire, un peu mieux qu'Albucius. Mais Lucilius a voulu lancer une plaisanterie contre moi selon son habitude ; **172** n'empêche qu'il faut veiller à cet arrangement des mots : il donne à la phrase une étroite unité, de la cohésion, du poli, un cours

(1) Scévola, l'Augure, consul en 117, un des interlocuteurs du premier de ces dialogues.

(2) Mot transcrit du grec, pour railler la manie d'Albucius, qui préférait la langue grecque à la latine. De même, plus bas, *rhetoricoterus*. Après sa préture en Sardaigne, il avait été accusé de concussion par les habitants de la Sardaigne et C. Julius Caesar Strabon, un des interlocuteurs de ce dialogue, avait soutenu l'accusation.

(3) Sur un fond de stuc frais, on incrustait (grec *emballein*, d'où le latin *emblema*), de petits cubes colorés, chacun d'eux faisant un trou dans le stuc, à la façon d'un vers (*uermi*, d'où *uermiculatus*) qui pique un morceau de bois (Emile Thomas).

(4) Lucilius.

171 Sequitur continuatio uerborum, quae duas res maxime, conlocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat.

Conlocationis est componere et struere uerba sic ut neue asper eorum concursus neue hiulcus sit sed quodam modo coagmentatus et leuis. In quo lepide *in* soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius :

> **Quam lepide lexis compostae, ut tesserulae omnes**
> **Arte pauimento atque emblemate uermiculato.**

Quae cum dixisset in Albucium inludens, ne a me quidem abstinuit :

> **Crassum habeo generum, ne rhetoricoterus tu sis.**

Quid ergo ? iste Crassus, quoniam eius abuteris nomine, quid efficit? Illud quidem, scilicet, ut ille uult et ego uellem, melius aliquanto quam Albucius. Verum in me quidem lusit ille, ut solet. **172** Sed est tamen haec conlocatio conseruanda uerborum, [de qua loquor] ; quae *ui*nctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae

171 Sequitur — desiderat *habet* IVLIVS VICT. *H* 423, 32-33 ‖ maxime conlocationem *VOP* VICT. *:* c. m. A^2H ‖ asper *cet. :* asperiorum A^2 ‖ leuis *cet. :* lenis OP^2 ‖ In quo A^2H*:* in quod *VOP* quod *L* ‖ lepide in *Ernesti :* lepidi A^2 lepidis *H* lepide *VOP* ‖ Lucilius A^2H *:* L. *VOP* ‖ Quam lepide — uermiculato LVCILIVS *Marx* 84-85 ‖ *habet* TVLLII *Orator* 149 *et* PLIN. *N.H.* 36, 185 et NON. *p.* 188 M. ‖ lexis *Orat.* NON. *:* ex iis *H* exis A^2 sinthesis *VOP* ‖ compostae *vulg. :* compositae *codd.* composui et NON. ‖ ut tesserulae *om.* V^2O^2 ‖ emblemate uermiculato *codd. :* u. e. *Brutus* 274 ‖ inludens A^2HOP^2 *:* impudens *cet.* ‖ Crassum — sis LVCILIVS *Marx* 86 ‖ sis A^2HP^2 *:* ses *cet.* ‖ *Post* sis *desinit* A^2, *redeunt* A^1E ‖ illud quidem scilicet *AEH :* idem illud s. *VOP* ‖ uult *AEH :* uoluit *VOP* uouit *L.*

172 haec *om. VOP* ‖ de qua loquor *secl. ut glossema* ‖ uinctam *Ernesti :* iunctam *codd.*

toujours égal. Ce résultat, vous l'atteindrez, si vous unissez les mots aux suivants sans qu'il y ait entre eux de heurts désagréables ou d'hiatus trop profonds.

b) Le rythme (173-198)

XLIV. **173** « Après ce travail minutieux (1), vient encore le rythme et le tour harmonieux de la phrase, dont je crains bien, Catulus, qu'ils ne te semblent puérils (2). Quelque chose d'analogue aux vers, c'est-à-dire une sorte de nombre, devait en effet, selon les anciens maîtres (3), se rencontrer dans ce genre de prose dont nous nous occupons. Des points d'arrêt déterminés non par la respiration (4), par l'essoufflement ou par les signes de ponctuation, mais par le nombre à observer dans les mots et les idées étaient, à leur sens, indispensables dans nos discours. Isocrate, dit-on, fut le premier qui, pour flatter l'oreille, selon l'expression de Naucrate (5), son disciple, établit la règle d'assujettir à un rythme la prose, jusque-là sans règles (6). **174** En effet, les musiciens qui, autrefois, étaient en même temps poètes, inventèrent, pour plaire, ces deux procédés, le vers et le chant, afin que le rythme des mots et l'harmonie des sons prévinssent toute satiété de l'oreille. Ces deux nouveautés, je veux dire l'art de régler la voix et celui de ramasser les mots en une étendue déterminée (7) ils pensèrent devoir les faire passer de la poésie à l'élo-

(1) Le soin qui regarde l'arrangement des mots.

(2) Parce qu'il est poète lui-même, et, par suite, connaît toutes ces règles et d'autres plus compliquées.

(3) Les grecs, surtout Aristote.

(4) Le repos volontaire, opposé à l'essoufflement.

(5) Naucrate d'Erytrie, dont Cicéron parle ailleurs encore et qui avait écrit sur le rythme.

(6) D'après certains textes, ce mérite semble revenir à Gorgias, antérieur d'un demi-siècle à Isocrate.

(7) C. à d. le vers. Cicéron emploie cette expression à dessein, parce que, appliquée à la prose, elle désigne la période.

leuem, quae aequabiliter fluentem ; id adsequemini, si uerba extrema cum consequentibus primis ita iungentur, ut neue aspere concurrant neue uastius diducantur.

